


# DE ARISTOPHANIS CARMINIBUS LYRICIS.

Dissertatio inauguralis

quam

ad summos in philosophia honores

ab amplissimo philosophorum ordine Argentoratensi impetrandos

scripsit

Hermann Steurer

Badensis.

STRASSBURG.
Druck der „Strassburger Neueste Nachrichten“, er.
1896.

Von der Fakultät genehmigt am 29. Februar 1896.

OPTIMO PATRI S.

Iure, si de vetere comoedia Attica dicitur, omnium animi ad Aristophanem sese convertunt, non solum quia eius fabulae summi attici ingenii atque gratiae testes sunt, sed etiam quia seriem praebent adeo continuam, ut cum eam ipsam quomodo decurrat considerare tum retrospicere atque prospicere inde liceat. Itaque cum unde nata sit comoedia Attica et quomodo creverit eo melius intellegere possimus, quo accuratius principis eius poetae opera, quae sola tempora tulerunt, cognita habeamus, Aristophanis fabulas tractandas mihi proponere operae pretium visum est, atque eam partem, quam cum radix quasi omnis poeseos scenicae sit, summi momenti esse inter omnes constat: carmen lyricum.

Ac primum quidem quomodo carmine lyrico usus sit Aristophanes quaerendum erit, ut quid valeat atque valuerit ante eum perspiciatur et totam rem musicam rei agendae oboedire appareat; unde etiam, cum in tragoedia magis magisque illa dominaretur, contra in comoedia magis magisque evanescebat. et hoc quomodo factum sit ex Aristophanis fabulis cognosci potest. deinde de ratione componendi ac de numeris dicendum erit, quibus usus sit poeta, quos acceperit quosque addidicerit. ac plus semel hac quidem quaestione ad comoediam, quae ante Aristophanem fuerit, revocabimur.

Rem criticam non nisi ubi necessarium erat vel a Dindorfii Poetar. scen. Gr. ed. V. mihi dissentiendum videbatur, attigi. A 263 significat totum carmen, quod a v. 263 incipit.

singulos versus anteposita littera v. significabo, velut A. v. 263. significantur autem litteris:

| | | | |
|---|---|---|---|
| A | Acharnenses | Av | Aves |
| Eq | Equites | L | Lysistrata |
| N | Nubes | T | Thesmophoriazusae |
| V | Vespae | R | Ranae |
| P | Pax | E | Ecclesiazusae. |

### Quibus locis quem ad finem carmina lyrica inserta sint.

Si a parodo a parabasi ab exodo discesseris, multis aliis locis chorus cantat, quos si accuratius examinaveris, satis patebit quo consilio hoc loco carmina inserta sint.

Sed priusquam ad rem accedamus, agones quos Zielinskius in libro quod inscribitur 'Gliederung der altattischen Komödie' vocavit segregandi sunt, ubi in 'oda' chorus procedit in 'antoda' recedit. Neque aliud quicquam bis carminibus effici videtur nisi ut scenae, quae odas sequuntur, inter sese et coniungantur et distinguantur. huc referendi quoque sunt hi loci R 1251 1370 A 490 N 457 T 433 = 520 459.

Item de ceteris quos iam tractabimus locis iudicandum est; binae enim scenae vel potius binae scenarum complexiones carmine lyrico dividuntur, quem ad finem antistrophicum carmen adhiberi solere apparebit. R 1099 postquam in universum de Aeschyli atque Euripidis indole poetica disputatum est, ad prologos chori canticum examinandos traducit. A 836 scenae quae admodum similes sunt (Megarensis et Boeoti) carmine lyrico dividuntur. Dicaeopolis v. 832 καὶ χαῖρε πόλλ' . . . exit ut χοιρίδια auferat, neque quod inde a v. 842 οὐδ' ἄλλος ἀνθρώπων ὑποψωνῶν σε πημανεῖ τι a choro appellatur, in scena eum versari temere iudicandum est. etiam L 781 et Av 1470 binae scenae inter se consimiles carmine lyrico dividuntur. nam hoc loco Avium scena quae antecedit homines, scena quae sequitur dei avium urbem adeuntes finguntur. illo loco Lysistratae scena quae antecedit Lysistrata vix mulierum cupiditatem opprimit, scena quae sequitur Cinesias, qui illas temptare vult, repellitur. nec omittendum est in omnibus paene

his carminibus res quae aguntur maximam quidem partem ab argumento totius fabulae plane alienas esse, id quod carminibus, quae scenis inter se dividendis inserviunt, aptissimum est. nam in A inde a v. 843 et in Av inde a v. 1473 cum alii multi tum Cleonymus illuditur, L 781 de Melanione et Timone fabulae narrantur. praeludit quasi carmine lyrico poeta R 814; neque enim verbis solum amplissimis, sed etiam numeris gravissimis (dactylis) scena quae sequitur (certamen Aeschyli et Euripidis) praeparatur. ad eundem finem scena quae antecedit referenda est inde a v. 738, qua Xanthias ab Orci ostiario de certamine Aeschyli et Euripidis, qua de causa et quomodo instituatur, docetur. — similis est Avium scena v. 1118—88, qua novam avium urbem deus quidam invasisse nuntiatur, et carmen 1189[1]) (oda), quo aves belli timore perterritae hostem exspectant; deinde Iride expulsa (v. 1196—1261) aves gaudent carmine 1262 (antoda). — chorico A 566 Lamachus ab altero hemichorio auxilio vocatur, quod ad rem porro agendam necessarium erat.

Recedit chorus, ut actoribus spatium praebeat, R 448, antequam nova res agatur, quod certis verbis dictum est v. 448 χωρῶμεν . . .; est autem finis parodi. A 385 chorus Dicaeopolidi Euripidem adeunti, V 1518 Philocleoni cum Carcinitis saltaturo cedit. similiter de V 291 iudicandum erit, quod carmen ad removendos pueros adhibitum esse apparet. necessitate igitur quadam, quia chorus non nisi cantans recedere potest, coactus poeta carmen his locis inseruit.

Similis necessitas, quae magis etiam elucet, statuenda est iis locis, ubi res agendae aut nunquam in scena agi possunt, ut actionem interrumpi necesse sit, aut possunt quidem sed eae sunt, quae carmine quasi duce egeant. sed singulos locos videamus, ac primum quidem eos, quibus lacuna necessaria, ut ita dicam, expletur.

A. v. 1143 Lamachus ad bellum, Dicaeopolis ad epulas abeunt. redeunt ille saucius v. 1190, hic potus v. 1198. tempus igitur intercedere debebat, quo ille pugnare hic potare posset.

---

1) De numeris v. pag. 37.

itaque ad necessariam lacunam explendam hoc carmen insertum esse apparet. similiter L 1189, postquam legati Atheniensium et Lacedaemoniorum a Lysistrata, R 1482 postquam Bacchus et Aeschylus a Plutone ad epulas vocati abierunt, chori canticum intercedit. — Necessaria quoque lacuna expletur, cum accitur aliquis, velut N 804, ubi Strepsiades, quem Socrates indocilem esse cognovit, domum abit filium arcessiturus. Av 1694 carmen canitur, postquam Pisthetaerus cum deis in Olympum ascendit ad Basiliam arcessendam; monendum etiam nihil ad rem hoc carmen pertinere, quo magis species diuturnae absentiae efficiatur. Av 851 Pisthetaerus, postquam sacrificium paravit, ipse sacerdotem arcessiturus abit; nam Euelpides et Epops antea ad muniendam urbem abierunt. etiam P 856 = 910, dum Opora a servo domum inducitur (similiter in antoda, dum Theoria ad senatum perducitur), spatium intercedere debebat, quo illa lavaretur (v. 868). servus autem Trygaeo exspectandus erat, qui nova mandata acciperet (v. 922 ἄγε δὴ τί νῷν ἐντευθενὶ ποιητέον;). Eq 973 Cleo et Agoracritus a Demo dimissi sunt, ut oracula sua uterque afferret; similiter 1111, ubi Cleo oraculis victus cibis Demum fovere vult. idem cum Agoracritus promiserit, ambo bellaria sua afferre iubentur. dum absunt, canticum canitur.

Omnibus his locis quos adhuc attuli, cum vel antea vel ipso carmine de rebus, quae intra spatium illud agi finguntur, certiores facti simus, aliis quibusdam locis ex iis quae sequuntur, res illas novimus, postquam actae sint, sed ita ut e chori carmine divinare eas liceat. N 1303 Strepsiadem, qui v. 1302 Amyniam persequens abiit, intra domum rixa orta a filio verberatum esse ex v. 1323 sq., quibus vicinorum auxilium implorat, colligendum est. similiter V 1265 Philocleonem reconciliatum in convivio bacchatum esse, servum verberasse, omnes qui obviam ei venerint insultare a Xanthia comperimus. V 1482 Philocleonem, postquam a filio edoctus, quae in convivio ei facienda vel dicenda essent, ad ipsum convivium cum illo abiit, domum reversum potum totam per noctem saltasse et antiqua carmina decantasse a Xanthia v. 1474 sqq. docemur. — est sane artificium illud, quo et nos utimur, ut

ea quae post scenam agi finguntur, ex iis quae sequuntur cognoscantur aut, dum fiunt, narrentur. cuius rei exemplum nobilissimum est scena illa Agamemnonis Aeschylei, ubi, dum Casandra de nece regis vaticinatur, ipse rex intra domum occiditur. sed apud Aristophanem quoque exemplum invenitur: A 971 = 88. Dicaeopolis, postquam ad epulas parandas domum abiit, plumas avium in scenam proiecisse dicitur, ut quid intra domum actum sit, quamquam non videmus, tamen ante oculos habeamus.

Sed haec res intimam rem scenicam iam attingit. indidem causam repetendam esse puto, cur carmina Av 1553 et T 1136 inserta sint, quae et ipsa lacunae explendae inservire facile intellegitur. T 1136 Euripides, cum Persei veste indutus Mnesilochum liberare frustra conatus esset, infecta re sese recepit; deinde postquam chorus Minervam appellavit, anus veste indutus redit. tempus igitur ad vestem mutandam actori dari oportebat. Av 1553, postquam Prometheus abiit valde veritus, ne a quo conspiciatur, non statim — ex eadem scilicet parte — Neptunus et Hercules in scenam prodire debebant, sed quo magis verisimilis res esset, carmen interpositum est; nec inepte a poeta factum est, ut nihil ad rem agendam hoc carmen pertineat; illuduntur enim Socrates aliique[1]). praeterea Pisthetaerus Promethea prosequens abiit, redit multo postquam dei in scenam prodierunt, v. 1579.

Quoniam ea carmina, quae ad necessariam lacunam explendam inserta sunt, siquidem res in scena agi non possunt — sunt autem epulae (A 1150 971 V 1450 L 1189 R 1482), pugnae (A 1150 N 1313) et similia — perlustravimus, iam ad ea convertamur quae rem aliquam agendam quasi prosequuntur, in quibus ea quae sacrificio parando accinuntur, primum locum obtinent. Av 895 Pisthetaerus sacerdote inepto expulso ipse sacrificium parat (v. 894). A 1008 = 37, dum Dicaeopolis pace facta epulas luxuriosas sibi parat, admiratur simul et invidet chorus. etiam duas scenas similes dividit hoc carmen (1037), quarum altera agricola, altera para-

1) Cf. pg. 3.

nymphus pacis aliquantulum petunt. P 939 Trygaeus sacrificium praeparans primum circumspicit aram (v. 938 42), deinde cetera sacrificii instrumenta affert (v. 948 sq.), quibus disponendis et explicandis animum attendit, victimam exspectans; interim chorus breviter accinit v. 950—55. 1023, dum ligna Trygaeus componit (v. 1024 26 32, ubi perfecit opus) canitur carmen etiam brevius. simul igitur hoc carmen in iis numerandum est, quae lacunae explendae inserviunt; nam v. 937 servus dimittitur, ut victimam afferat (v. 949), v. 1020 sq. servus domum missus est, ut mactata victima femora exempta proferat, quae in foco a Trygaeo interea exstruendo imponantur. spatium igitur intercedere debebat, quo servus omnia quae ei mandata erant perficere posset. A 929 Dicaeopolis sycophantam, quem Boeoto vendidit, tanquam vas fictile (v. 936) colligat (v. 929 47, ubi opus perfecit). Av 1313 servus Pisthetaeri plumas varias domo effert (v. 1310 sq.) admodum segniter (v. 1317 24 26 28 36) atque ordine disponit (v. 1331), Pisthetaerus adventicios exspectat. A 358 Dicaeopolis truncum, quem non longe afuisse putandum est, in mediam scenam profert; neque enim Dicaeopolis scenam relinquit, cum a choro praesens appelletur.

Ex intima arte scenica, cur carmen lyricum insertum sit, causa quaerenda est, si carmen rem, quae agi fingitur, quamquam re vera non agitur, quasi comitatur, quo maior sit simulatio. — P 459 multo cum labore ac strepitu Pax e carcere liberatur. R 209 ranae Bacchum, dum lacum transvehitur, in sua provincia versantem salutant, quo carmine magis vivida species transvectionis efficiatur. vestium mutatio carmine lyrico quasi celatur R 534 = 90, ubi Bacchus invidens Xanthiae, qui Herculis veste indutus a serva benigne invitatur, Herculis vestem ab illo repetit. deinde a cauponis male receptus et minis earum perterritus (v. 577) persuadet Xanthiae, ut iterum vestes mutent.

Carmen lyricum insertur etiam, si mora necessaria rei agendae intercedit. N 700 Strepsiadem, dum a cimicibus male vexatus in lectulo sedet cogitans, chorus carmine confirmat. V 729 frustra chorus Philocleonem a Bdelycleone

victum adhortatur, ut filio concedat, et Bdelycleo beatissimam patri vitam proponit. L 954 Cinesias a mulieribus repulsus queritur, chorus senum eum reprehendit, deinde Lacedaemoniorum legatus in scenam prodit et res porro agitur. — prorsus res agenda quiescit iis locis, ubi carmina lyrica ex argumento fabulae necessaria sunt atque ipsa paene rem agendam efficiunt, carmina sacralia dico, quibus dei appellantur, aut ea quae ad sacra facienda accinuntur. quorum in numero primum locum obtinet Ranarum parodus, qua Eleusinia poeta imitatur, deinde T 949, quibus carminibus ὄργια σεμνὰ (v. 947 sq.) mulierum continentur. praeterea aliis locis, ubi imprecatio deorum intercedere debebat, carmina lyrica adhibita inveniuntur. T 312 et 352 Thesmophoriazusae, antequam consilia ineunt, deos superos imprecantur ἐκκλησίαν τήνδε καὶ σύνοδον τὴν νῦν κάλλιστα καὶ ἄριστα ποιῆσαι; nam hic mos erat. similiter V 868 ante iudicium in domo Philocleonis habendum chorus preces facit, etsi hoc nihil ad iudicium pertinet; Apollinem enim appellat, ut senis insaniae medeatur.

Denique huic generi ea carmina adscribenda esse puto, quibus vehemens animi affectio exprimitur. L 1043 chorus senum et chorus mulierum pacem factam carmine communi celebrant, ac paene una hac ratione fieri hoc posse videtur; optime autem hoc carmine laetitia iocantium describitur. item de Av 627 iudicandum est, ubi chorus summa laetitia exsultans consiliis Pisthetaeri adstrepit et totus illi se tradit (v. 628), et de Eq. 616, ubi chorus, postquam Agoracritus victor e curia rediit, gaudio triumphans (v. 616) illum adhortatur, ut pluribus verbis victoriam suam enarret. assumi etiam possunt carmina Av 1188 = 1262, quorum hoc laetitiam illud trepidationem prae se fert (ad utrumque vero dochmii omnibus paene longis solutis optime conveniunt), et A 566, ubi alterum hemichorium timore perterritum Lamachi auxilium implorat. et P 346, ubi de pace futura chorus gaudet. accedunt omnes paene monodiae, quae aut conquestioni aut laetitiae aut invocationi exprimendae inserviunt.

## Qualia sint carmina lyrica.

Primum clarum est choricum tum inseri solere, cum nemo in scena remanserit; amoebaeum, cum praeter chorum unus actor adsit; denique cum duo vel plures actores in scena sint, carmen inter hos et chorum dividitur. deinde et hoc patet chorica ea potissimum carmina esse, quae lacunam explent, amoebaea ea quae rem agendam quasi comitantur. atque haec quidem in propatulo; eos vero locos memorare pluris interest, ubi hunc usum e re scenica ortum poeta neglexit, et causas cur hoc fecerit anquirere.

Choricum pro amoebaeo positum est in agone, nec causa difficilis est intellectu; nam ad scenas clare dividendas chorica magis apta sunt quam amoebaea. semel tamen amoebaeum in agone invenitur V 526; sed hoc carmen non solum ad scenas distinendas sed etiam — aliqua quidem ex parte — ad lacunam explendam inservit; nam v. 531—36 cantantur dum cista, quam v. 529 Bdelycleo sibi apportari iusserat, affertur. similiter in recessu chori choricum pro amoebaeo positum est R 448; adsunt enim Bacchus et Xanthias, sed novae rei animos iam advertunt, sc. quomodo Plutonis ianua pulsanda sit. plane similis locus est A 385, ubi Dicaeopolis, quamquam in scena versatur, tamen cum choro non concinit, quia novum aliquid parat, sc. Euripidem aditurus. amoebaeum in recessu chori exstat V 291, sed amoebaeum inter binos choros.

Deinde choricum pro amoebaeo positum est iis locis, ubi chorus animi affectu, sive timore sive gaudio, vehementer commotus uno tenore carmen decantat, ut actores non pari modo commoti quasi reprimi videantur, velut A 1118 = 1262 Eq 616 Av 627 A 566. eadem fortasse causa est, quod imprecationes deorum semper fere choricis continentur. huc referendum est carmen Av 895, ubi chorus deos appellaturus a poeta, qui iam in scenam prodit, interrumpitur; praeterea, cum oda a solo choro cantata esset, etiam antoda ei tribuenda erat. excipiendum esse videtur carmen V 868, ubi chorus et Bdelycleo pro salute patris orant ita, ut inter duo carmina iambica chori Bdelycleonis anapaesti intercedant. sed hoc

non unum carmen, sed singula carmina sunt. similiter de V. v. 729 sqq. de N. v. 700 sqq. de T. v. 949 sqq. de Avium exodo de Ranarum parodo iudicandum est.

Restat unus locus, ubi exspectatur amoebaeum, invenitur choricum Eq 973, ubi abierunt Cleo et Agoracritus, ut oracula sua afferant. Demus in scena remansit. attamen equitibus laetitia exsultantibus nondum accinere potest, quia res etiam in discrimine est. sed altera huius chorici ratio latere mihi videtur, neque ex ipso carmine, sed potius e poetae mente repetenda. variandi enim causa hoc loco choricum pro amoebaeo positum esse puto, quia carmen quod sequitur (1111) amoebaeum est plane simili loco et ad eundem finem atque id quod antecedit insertum, sc. ad lacunam explendam; absunt enim 1111 Cleo et Agoracritus, ut bellaria sua afferant, Demus remansit. eadem variandi ratio subesse mihi videtur chorico A 836 (potuit enim Dicaeopolis remanere in scena et choro concinere); nam carmen quod sequitur (929) simili loco insertum amoebaeum est. similis variandi ratio paullo infra nobis occurret in carmine R 534 = 90.

Amoebaeum inter choros habitum invenitur V 291, ubi pueri a senibus aliquid petunt et dimittuntur. denique ne hoc quidem neglegendum est actorem non per totum tempus, quo carmen cantatur, adesse debere, quod patet ex P 939 = 1023. nam v. 1033 Trygaeus abit, ut mensam afferat, v. 1038 una cum servo, qui victimam affert, redit. etiam v. 943—47 abesse Trygaeum verisimile est, ut instrumentum sacrificii afferat (cf. v. 948).

Denique de iis locis, ubi plus duo actores cum choro carminibus certant, dicamus. pauca exempla certa exstant. V. 526 chori carmen bis binis actorum versibus interrumpitur, quorum in stropha priores ambo Philocleoni[1]) posteriores inter hunc et Bdelycleonem distribuendi, in antistropho ambo utrobique Philocleoni tribuendi sunt. R 430, ubi Bacchus de Plutonis domicilio certior fit, Xanthiae vocem poeta admodum

---

[1]) Cf. Kirchhoff., Hermae vol. XIII pg. 197, qui sic v. 530 emendavit ἀτὰρ φανῇ ποῖός τις ὢν; τοῦτ' αὐτὸ παρακελεύῃ.

caute, ut facetiarum aliquid adderetur, atque in fine carminis (v. 438 sq.) adhibuit. similiter A. v. 947 in longo carmine chori ac Dicaeopolidis unus dimeter Boeoti immittitur. T. v. 710—13 vero, quos Dindorfius nescio qua de causa mulieri primae dedit, a codice (R) choro tribuuntur, ut totum hoc carmen amoebaeum inter chorum et Mnesilochum sit. etiam L 959 amoebaeum est; nam v. 970 contra codicem R, qui choro mulierum tribuit, cum ceteris Cinesiae dandus est. evitasse igitur poeta videtur id quod nos dicimus 'Terzett' et 'Quartett'; velut N 700, ubi Socrates, qui antea et postea cum Strepsiade colloquitur, tacet. similiter R 534 = 90, ubi chorus primum cum Baccho, deinde cum Xanthia amoebaeum decantat. etiam P 385 chorus et Trygaeus concinunt, Mercurius tacet.

Restat, ut de iis carminibus agamus, quae sine choro ab uno aut duobus actoribus cantantur, monodias dico et amoebaea actorum. nec mirum huius modi carmina, quae in tragoedia potissimum vigent, in comoedia parodiae plerumque inservire imprimis Euripideae tragoediae, atque iis semper locis intercedere, ubi vehementer commotus aliquis aut sortem suam queritur aut gaudet aut deos imprecatur. praeterea numeri semper paene tragoediam redolent; frequentissimi sunt anapaesti atque ii quidem, quorum theses longae, arsis alterautra soluta est. V 317 Philocleo iudicandi cupidissimus a filio domi retentus queritur numeris admodum tragicis usus[1]). similiter anapaestis usus Philocleo V 750 a choro et filio temptatus conqueritur maiore cum studio consuetudinem suam amplexus, N 718 Strepsiades a cimicibus vexatus querelas quales Eur. Hec. 162 inveniuntur, effundit. T 1015 Mnesilochus vinctus sortem suam conqueritur Andromedam imitans, nec verba solum et numeri (iambi sc. multis thesibus suppressis; 2 bacchii enim inveniuntur v. 1019, bacchius cum ithyphallico v. 1047 ⏑ – – – ⏑ – ⏑ – ⏑, anaclasis occurit v. 1046 – ⏑ ⏑ –. finem faciunt dactyloepitriti, in quibus bis v. 1054 recurrit membrum illud – ⏑ ⏑ – ⏑ ) et animi affectio tragoediae morem adfectant, sed etiam ipsa

1) V. pg. 31 et 49.

res quae agitur parodia est. simile est carmen T 1065, ubi Euripides Ἠχὼ imitans Mnesilocho querenti respondet anapaestis usus, et carmen 776, ubi Mnesilochus Euripidis Palamedem imitatur. querelae paratragoedicae etiam amoebaeo carmine continentur A 1190, quae cum Dicaeopolis ipse rursus irrideat, duplex quasi parodia fit. severitatem quandam dactyli et parodiae speciem prae se ferunt P 114, ubi Trygaeus coelum ascensurus filias flentes consolatur; scholiasta Euripidis Aeolum perstringi adnotat. monodiae speciem initium quidem carminis L 954 praebet, ubi Cinesias repulsam querens sic incipit οἴμοι τί πάθω;

Numeri et verba solum — quia hoc in monodiis fieri solet — parodiam indicant Av 227, ubi Epops aves convocat, quod optime ad naturam huius fabulae atque chori accommodatum est; neque enim aves ubique dispersae uno agmine atque ordine in scenam prodire possunt, sed convocari eas oportet; lepidissime vero in hac re singulari poeta monodia utitur; numeros descriptos invenies pg. 52. N 1154 Strepsiades summo gaudio exultat, quod filius perdidicit, et quasi ipse se praedicat — dactylis solemniter sonantibus usus; Socrates carmine anapaestico filium domo evocat.

Nec vero omnes monodiae parodiam exhibent, nec tragoediae tantum proprias eas esse dicas, sed exstant etiam in comoedia quae ex huius natura explicandae sunt. A 263 Dicaeopolis Bacchi in honorem pompam agit, quo carmine ad alterum comoediae fontem revocamur, carmen sacrale dico; ad alterum fontem, carmen populare, referenda sunt carmina E 893, quae sunt paraclausithyra quae vocantur. nec carmini V 1326 quidquam cum tragoedia est, quod Philocleo potus decantat; nam ex ipsa re quae agitur effluxisse et ad eam solum redire id apparet.

## Quibus rationibus in componendis carminibus lyricis usus sit Aristophanes.

Primum de responsione agendum esse videtur. quae aut per stropham et antistrophum — in compositione episodica — aut per odam et antodam — in compositione epirrhe-

matica — fit, quibus de rebus fuse atque copiose exposuit Zielinskius in libro qui inscribitur 'Gliederung der altattischen Komödie'. atque in universum dici potest episodicam compositionem in comoedia non nisi post parabasin inveniri. complura paria stropharum decurrunt A 1190 Av 406, ubi epodus quoque subiungitur v. 431—34, E 905, ubi antecedit proodus quaedam v. 893 sqq. compositio epirrhematica, quae comoediae propria nec in tragoedia rara est, in parabasi praecipue, vetustissima comoediae parte, et in parodo locum habet; etiam ei fabulae parti propria est, quam Zielinskius agonem vocavit. paullo amplificata esse videtur P 346 = 385 = 582[1]), ubi tres odae quae respondent inter se exstant. epodus quaedam in compositione epirrhematica invenitur P 510 (oda 459 = antoda 486).

Nec vero semper tam clare haec duo genera inter se discreta sunt, sed miscentur interdum. velut confundi inter se compositio epirrhematica et episodica videntur L 1043 = 1189, ubi et oda et antoda syzygiae epirrhematicae stasimi speciem praebent, constant enim e stropha et antistropho (v. 1043—59 = 60—72 et v. 1189—1205 = 6—15). plane similes loci sunt R 534 = 90 (de quo mox agetur) V 729 = 68[2]), ubi praeterea post stropham et post antistrophum (in antoda, in oda post stropham quidem) anapaesti actorum inserti sunt. geminata quasi compositio epirrhematica videtur Eq 303 = 82, ubi oda 8 antoda 6 tetrametris trochaicis interrumpitur. habemus igitur:

| | |
|---|---|
| odam α v. 303—13 | antod. α v. 382—90 |
| epirrhema α v. 314—21 | antep. α v. 391—96 |
| odam β v. 322—34 | antod. β v. 397—408 |
| epirrhema β v. 335—81 | antep. β v. 409—56. |

denique fieri potest, ut stropha et antistrophus unius stasimi e stropha et antistropho constet, unde fit ut quattuor strophae

1) De re critica v. pg. 40.

2) Nam respondere carmina 729 = 868 ex ipsa similitudine colligendum esse videtur nec minus accurate quam T 312 et 354, quae carmina inter se respondere vult Wilamowitzius A. u. A. II 353.

similes inter se iuxta ponantur, i. e. carmen quod veteres appellaverunt ἐξ ὁμοίων, nos dicimus 'Lied'. sed alia via eo perveniamus.

Ordiendum autem est a carmine monostrophico. ac primum quidem monostrophicae sunt monodiae, deinde parvum illud carmen, quod in initio parabaseos poni solet, quod vocatur κομμάτιον. ceteri loci, quibus monostrophicum intercedit, omnes paene eiusmodi sunt, ut vehemens animi motio chori carmine exprimatur, velut Av 627, ubi aves Pisthetaero, qui consilia sua exposuit, adstrepunt, Av 1720, ubi aves Pisthetaeri nuptam salutant; invocationi carmen monostrophicum inservit Av 1750, ubi aves in nuptiis Pisthetaeri et Lusciniae Jovis et Junonis coniugium praedicant, L in exodo R 875 T 1136 949; excipiendum est carmen R 472 = 76. praeterea monostrophica recurrunt T 459 R 1251 1370[1]) L 959, quod carmen ad monodiam propius accedit.

Ex monostrophico quotiensvis repetito carmen illud nascitur, quod constat e strophis similibus. iam mirum est semper paene pari stropharum numero usum esse poetam. inveniuntur enim quattuor strophae A 836 Eq 1111 R 814, sex strophae E 973, octo strophae R 416. itaque relabimur ad id quod supra iam effici posse videbatur: in his carminibus (excepto R 416) stropham et antistrophum esse statuendam. eo confirmatur, quod carmen ἐξ ὁμοίων in compositione epirrhematica quoque invenitur: N 1345 = 1391.

Summi vero momenti est unus locus R 534 = 90, ubi compositio antistrophica et in oda (v. 53—41 = 42—48) et in antoda (v. 590—97 = 98—604) cum personarum ordine significatur tum eo quod in fine strophae atque antistrophi brevior periodus longioribus inter se similibus subiungitur. decantantur enim 6·6·6·4· trochaei primum a choro, deinde ab actore (Baccho in oda, Xanthia in antoda). exstat igitur et in oda et in antoda carmen ἐξ ὁμοίων bis repetitum (ita ut stropha et antistrophus efficiatur), quod constat e tribus strophis senorum metrorum subiuncta epodo quattuor metrorum. —

[1]) Quod carmen G. Hermannus aequavit cum 1482 = 91, ita ut v. 1373 unius versus defectum indicaret, nescio an iure.

plane simile est carmen A 929 = 940, de quo mox dicam. — epodus illa recurrit in carmine ἐξ ὁμοίων T 101, ubi quattuor strophis, quarum una quaeque ex octonis[1]) Agathonis et senis chori ionicis constat, subiungitur epodus octo Agathonis et decem chori ionicorum. — epodus quaedam antecedentibus duabus strophis consimilibus subiungitur etiam P 856 = 910, ubi bis ternos glyconeos (subiunctis singulis Trygaei tetrametris iambicis) sequuntur 11 iambi Trygaei (antecedente tetrametro iambico chori). totum igitur hoc carmen stasimi perfectissimi speciem praebet; habemus enim stropham antistrophum epodum. — plane similis est locus A 929 = 40, ubi duas periodos septenorum iamborum (quasi stropham et antistrophum) intermissis duobus dimetris iambicis catalecticis, de quibus mox dicam, sequitur periodus octo[2]) iamborum (quasi epodus).

Breviorum illorum versiculorum, quos inter periodos longiores intercedere modo vidimus A. v. 936 sq. = v. 947 sq., egregium exemplum invenitur in carmine P 1329. duobus enim locis intercedunt: primum v. 1339—42, ubi singuli glyconei acephali catalectici Trygaei a singulis chori bis excipiuntur (1·1· 1·1·) atque duobus superioribus interrogatio posterioribus responsio continetur[3]), deinde v. 1353—55, ubi

---

[1]) V. 103 et v. 121 corrupti sunt; v. 114 sq. unius metri defectum statuam.

[2]) V. 939 cum Kaibelio post καὶ κύλιξ necessario defectus unius iambi statuendus est; traditum enim est in codice (R) καὶ κύλιξ καὶ πράγματ' ἐγκυκᾶσθαι. in antistropho v. 948 pro συνθέριζε scribendum est νῦν θέριζε.

[3]) Iniuria Dindorfius seclusisse hos versus mihi videtur; neque inepte, postquam Trygaeus nuptam suam appellavit (stropha 1) et chorus illum laudavit (stropha 2), quaeritur quid iam fiat nuptae. fortasse vero unum Trygaei versum ab uno chori excipi statuendum (1·1·) et scribendum est

ΤΡ. τί δράσομεν αὐτήν;
ΧΟ. τρυγήσομεν αὐτήν.

interrogatio et responsio continetur etiam A. v. 936 sq.

ΧΟ. τί χρήσεταί ποτ' αὐτῷ;
ΔΙ. πάγχρηστον ἄγγος ἔσται κτλ.

similiter A. v. 1208 sq. duo dimetri iambici inter duo paria trimetrorum interpositi sunt, quibus Lamachus et Dicaeopolis sese illu-

duos acephalos catalecticos chori sequuntur duo Trygaei subiuncto epiphonemate[1]). dividitur autem totum carmen his versibus (v. 1339—42 et 1353—55) duobus locis interpositis in partes tres, quarum prima et altera binas, tertia unam stropham comprehendit. constat autem stropha unaquaeque e ternis et bis singulis glyconeis acephalis catalecticis (3 · 1 · 1 · ),[2]) ut totius carminis, si numeris exprimere licet, formula sit haec: 3·1·1· 3·1·1· (1·1·) 3·1·1· 3·1·1· (2·2·1·1·) 3·1·1· species igitur carminis ἐξ ὁμοίων manet quinque stropharum. — praeter hunc locum impari stropharum numero in carmine ἐξ ὁμοίων componendo usus est poeta R 534 = 90, quo de carmine supra dixi, ubi, tribus periodis senorum subiungitur epodus quaedam quattuor trochaeorum, et T 959, ubi septem trochaei, qui continuari possunt primi et tertii ultima syllaba suppressa, ter repetuntur[3]).

Quaeritur utrum etiam carmina quae e duabus strophis similibus constant in iis quae ἐξ ὁμοίων vocantur numeranda, an stropha et antistrophus statuenda sint. agitur autem de his locis: R 384 448 T 969 990 Av 1731. quae carmina equidem in iis qui ἐξ ὁμοίων vocantur numerem. nam omnia sunt carmina sacralia et carmen populare sc. nuptiale (Av. 1731),

---

dunt; quod simillimum est interrogationi et responsioni. item plane in tragoedia, quam hoc quidem loco exprimit poeta. alias quoque in carminibus amoebaeis breviores versus, quibus interrogatio atque responsio continetur, inter longiora systemata intermissi sunt, velut Av. v. 416 duo dimetri iambici, quos antecedunt duae senorum, sequuntur duae novenorum iamborum periodi.

1) Traditum enim est

ΧΟ. τοῦ μὲν μέγα καὶ παχὺ τῆς δ' ἡδὺ τὸ σῦκον.
ΤΡ. φήσεις γ', ὅταν ἐσθίῃς οἶνόν τε πίῃς πολύν
Ὑμὴν Ὑμέναι' ὦ
Ὑμὴν Ὑμέναι' ὦ.

quae omnia sana sunt.

2) V. 1333 cum Schradero (Rh. M. vol. XXI pg. 93 sqq.) Ὑμὴν Ὑμέναι' ὦ addam, v. 1336 scribendum proponam καὶ τὴν βασίλειαν.

3) Attamen tertia stropha paullulum discedit: ἀλλὰ χρῆν ὡς ἐπ' (ὥσπερ corr. Velsenus) ἔργον αὖ τι καινὸν κτλ., ut epodi species quaedam efficiatur, et totum carmen stasimi imaginem praebeat (cf. pg. 40).

quod recurrit atque id ἐξ ὁμοίων P 1329. atque ex ipsis his duobus comoediae fontibus — carmen sacrale dico atque imprimis id quod Bacchi in honorem cantabatur et carmen populare — rationem illam carmina ἐξ ὁμοίων componendi fluxisse inter omnes constare mihi videtur[1]). ad eosdem fontes referendos esse puto versus illos breviores, quos inter longiores periodos cum alias tum in carmine ἐξ ὁμοίων inseri solere vidimus. ad eosdem fontes illos redit, quod interdum ultimus cuiusque strophae versus idem repetatur, quem nos dicimus 'Refrain', velut R 399: Ἴακχε φιλοχορευτὰ συμπρόπεμπέ με. idem bis occurrit in paraclausithyris illis E v. 958 sq. = 966 sq. v. 971 = 975, quae proxime ad carmina ἐξ ὁμοίων accedunt et prorsus paene iis addicenda esse videntur. recurrit semper in carminibus nuptialibus, ubi in fine stropharum epiphonema illud additur, quo appellatio Hymenaei continetur, sive simplex sive geminatum.

Denique carmen ἐξ ὁμοίων ad amoebaea componenda aptissimum esse monendum est, quod ex his locis colligas A 939 Eq 1111 P 1329 R 430, ubi etiam una stropha (v. 437—39) inter duos actores distributa est, quam licentiam in fine totius carminis poetae facilius ignosces.

In tragoedia carmen ἐξ ὁμοίων non reperitur. sed exstat in ludo satyrico, qui ad comoediam propius accedit, in Euripidis Cyclope 496 carmen trium stropharum similium. nec omittendum est Bacchi in honorem cantatum, in ipsa fabula, quae tota Bacchi memoriam semper renovat, positum atque amoebaeum esse hoc carmen.

Quoniam de variis carminis lyrici generibus atque de ratione componendi diximus, nunc de numeris quibus poeta et quomodo usus sit exponamus, ut tota atque perfecta carminis lyrici Aristophanei imago exprimatur.

Ac primum quidem agamus

## De iambis.

Iambi, quos principatum omnium numerorum tenere ac paene nervum omnis poeseos lyricae esse nuper Wilamowitzius

[1]) Cf. Wilamowitzii comm. metr. II (ind. l. Gotting 1895/6) pg. 31.

demonstravit commentariolo metrico II (ind. l. Gotting. 1895/6), et in tragoedia et in comoedia longe frequentissimi sunt. originem autem ex Ionia ducunt atque ex ipsa ut videtur poesi populari. nec vero mirum esse potest hos numeros admodum simplices apud Ionum gentem agilem atque sollertem non uno semper modo formatos sed valde variatos ac paene mutatos esse. itaque anaclasi adhibita prima et secunda syllaba permutata choriambus qui dicitur evasit –⏑⏑–, qui una cum iambo catalectico –⏑⏑–⏑–⏓ ad longiorem periodum quasi clausula concludendam aptissimus erat. atque hoc modo glyconeum polyschematistum, qui dactylum primo loco habet, exstitisse facile fingas. sed etiam glyconeum qui proprie dicitur et acephalum ex iambo quasi stirpe natos esse verisimillimum est. per anaclasin quoque iambi permutatis altera et tertia syllabis metrum effectum est, quod et ipsum antiquissimum est et proprie dicitur ionicum ⏑⏑––; est enim ionicus a minore qui dicitur. qui et ipse summa varietate utitur; nam primum longae syllabae in binas breves solvi, binae breves in singulas longas contrahi possunt, deinde anaclasis permittitur, qua ex ⏑⏑–– ⏑⏑–– efficitur ⏑⏑–⏑ –⏑–– specie trochaica. sed etiam iambi (et choriambi) inter ionicos interdum occurrunt; nec mirum, nam eiusdem semper stirpis sunt rami, ut ita dicam, iambi et ionici.

Iam totam Graeciam hi numeri iambici pervaserunt. in poesi sacrali tamquam proprie in provincia regnabant; 'vel extra Bacchicam religionem iambi in formulis sacris solemnes sunt' (Wil. comm. metr. II 32). etiam a tragoedia et comoedia recepti sunt. attamen duo illi rami semper inter se discernebantur, discindebantur nunquam. itaque apud Aristophanem quoque primum iambos et choriambos, deinde ionicos persequi licet.

### De iambis et choriambis.

Iambi natura sua petulantes (ut summo iure ἴαμβοι appellentur) iam pridem ad carmina ludicra componenda adhibebantur (Archilochum et Hipponactem commemoro) atque aptissimi erant hi numeri gephyrismis qui dicuntur, quorum

imago quaedam satis accurate expressa exstat R 416 βούλεσθε δῆτα κοινῇ σκώψωμεν Ἀρχέδημον. similiter A 1190, ubi Dicaeopolis Lamacho, qui saucius e pugna revertitur, insultat; A 929, ubi Dicaeopolis sycophantam quasi vas fictile colligat, dum chorus sycophantas perstringit. similiter A. v. 1150—61 = 68—73 L 273 A 836. lasciviam prae se ferunt E 952, ubi anus adolescentem temptat summa libidine impulsa, adolescens puellae cupidine flagrat. aptissimi autem hoc loco cum iambi tum pseudocretici, ut ita dicam, i. e. iambi prima quaque suppressa, qui vim cupiditatis quasi depingunt: v. 952 sqq. δεῦρο δὴ δεῦρο δὴ φίλον ἐμὸν δεῦρό μοι πρόσελθε καὶ ξύνευνος. augetur impetus ille qui iambis proprius est arsibus solutis. solvuntur autem arses ad animos vehementer commotos depingendos, velut L 256, ubi senes propter mulierum audaciam indignabundi incendium minantur: v. 262 sq. κατὰ μὲν ἅγιον ἔχειν βρέτας κατὰ δ' ἀκρόπολιν ἐμὰν λαβεῖν; similiter ad avium naturam levem ac volubilem imitandam, velut Av 851 = 95, ubi aves urbem condere festinant: v. 855 sqq. ἅμα δὲ προσέτι χάριτος ἕνεκα προβάτιόν τι θύειν. sedantur paullulum animi v. 857, ubi ipsae se aves adhortantur, ut Apollinem invocent: ἴτω ἴτω ἴτω δὲ Πυθιὰς βοά[1]); similiter 627, ubi Pisthetaerus consiliis suis expositis ab avibus laetitia elatis precibus urgetur, ut rem aggrediatur: v. 631 sqq. ἢν σὺ παρ' ἐμὲ θέμενος ὁμόφρονας λόγους δίκαιος ἄδολος ὅσιος[2]) ἐπὶ θεοὺς ἴῃς. singularem quandam vim syllaba soluta mihi habere videtur R. v. 435, ubi una arsis in toto carmine soluta est, cum chorus Baccho, qui interrogando ei molestus est, indignabundus dicit μηδ' αὖθις ἐπανέρῃ με. lasciviam prae se ferunt syllabae solutae A. v. 275 in carmine phallico, ubi Dicaeopolis dicit: πολλῷ γάρ ἐσθ' ἥδιον . . . Θρᾷτταν . . . μέσην λαβόντ' ἄραντα καταβαλόντα καταγιγαρτίσαι. — etiam in conquestionibus Lamachi ad tragoediae exemplum institutis iambis usus est poeta.

---

[1]) Nam sic cum codicibus legendum est. τῷ θεῷ glossema expunxit Dindorfius.

[2]) Nam sic pro δικαίους — ους — ους, quae verba librarius falso ad λόγους rettulit, cum Bergkio aliisque scribendum est.

Nec mirum esse potest Aristophanem iambos, qui carminibus popularibus et sacralibus, quos quidem comoediae fontes esse cognovimus, proprii sunt, formae illi carminis ἐξ ὁμοίων accommodasse, quam et ipsam veterem atque ex ipsa poesi populari repetitam esse mox videbimus. A 836 quater 4·4·6· iambi subiuncta clausula aeolica, de qua infra agam, R 384 bis 5·5·, R 395 ter 3·3·5· subiuncto trimetro quasi clausula, R 416 octies 2·2·3, T 969 bis 6· cum clausula aeolica et 2·2·5·, N 1345 ter 3 cum clausula aeolica repetuntur iambi. — in carmine sacrali atque eo potissimum, quod Bacchi in honorem cantatur, iambi inveniuntur in parodo Ranarum, qua Eleusinia poeta imitatus est. iambis etiam τὸ φαλλικὸν conceptum est, quod A 263 Dicaeopolis Baccho pompam agens decantat.

Inveniuntur autem iambi, quippe qui numeri sint maxime vulgares, omnibus fabulae locis praeter parodum exodum — neque enim ad incedendum apti sunt — parabasin. semel in parodo inveniuntur L 256.[1])

Postremo pauca de Aristophanis iambos formandi ratione addere liceat. in catalexi iambus integer semper servatus est prima syllaba brevi ⏑ – ⏓. cui legi obstare videtur T. v. 987, ubi in voce Βάκχειε prima incerta, in voce αὐτὸς suppressa est. sed totus hic locus valde corruptus est. thesis alterautra suppressa proprium versus sonum efficit. prima enim paenultimi metri syllaba suppressa in periodo catalectica ithyphallici ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏓, in periodo acatalectica dimetri trochaici ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – catalectici species efficitur. saepissime prima totius periodi iambicae suppressa est, velut in carmine R 209. duorum vel complurium iamborum, qui iuxta positi sunt, prima quaque suppressa creticorum species efficitur, velut Av. v. 410—12 = 13—15: τύχη δὲ ποία κομίζει ποτ᾽ αὐτὼ πρὸς ὄρνιθας ἐλθεῖν; — ἔρως cf. E 952 (pg. 18). altera iambi thesi suppressa bacchii

1) V. 277 sq. corrupti sunt. fortasse scribendum est
θὤπλ᾽ ᾤχετο παραδοὺς ἐμοὶ
σμικρὸν ἔχων τριβώνιον,
ut initio v. 278 iambus anaclomenus (choriambus) sit.

species efficitur ⏑– –. saepe bacchius initium periodi iambicae facit atque ita, ut alterius metri prima quoque suppressa sit, ut bacchii cum cretico species evadat ⏑– – –⏑–, velut A. v. 1159 ὀκέλλοι κἄτα μελ- = 71 ἐπᾴξειεν δ' ἔχων. Av. v. 629 et 30 ἐπαύχησας δὲ τοῖσι σοῖς λόγοις| ἐπηπείλησα καὶ κατώμοσα aliisque locis. complures bacchii iuxta positi inveniuntur T. v. 1143 sq. φάνηθ' ὦ τυράννους στυγοῦσ' ὥσπερ εἰκός. 2 bacchii clausulae in modum carmini antecedunt V. v. 317 φίλοι τήκομαι μέν. — iambus anaclomenus, choriambus qui dicitur, –⏑⏑–, invenitur E. v. 1176 εἶτα κόνισαι λαβών T. v. 1016 πῶς ἂν ἀπέλθοιμι καί. in metro paenultimo periodi catalecticae R. v. 213 εὔγηρυν ἐμὰν ἀοιδάν, ut membrum illud evadat, quod persaepe periodum choriambicam claudit, –⏑⏑–⏑– ⏑. speciem autem praebet glyconei polyschematisti qui dactylum primo loco habet catalectici; ac persaepe ita choriambi et iambi sese excipiunt, ut species systematis glyconeorum polyschematistorum evadat, velut V. v. 531 sqq.[1]), ubi 6·2·2·2· choriambi decurrunt, videntur decurrere 3·1·1·1· glyconei polyschematisti qui dactylum primo loco habent. membrum illud pseudoglyconeum etiam N. v. 813 ταχέως· φιλεῖ γάρ πως τὰ τοιαῦθ' ἑτέρᾳ τρέπεσθαι clarius mihi elucere videtur, quam ut neglegi debeat. itaque sic numeros distribuendos esse censeam ⏑–⏑– ––⏑– –⏑⏑– ⏑–⏑̲[2]) neque assentior Wilamowitzio[3]), qui sic distribuit ⏑⏑–⏑ ––– ⏑⏑–⏑⏑ –⏑––, nec cum eodem Wilamowitzio N. v. 953 sq. ὁπότερος αὐτοῖν λέγων ἀμείνων φανήσεται deleta voce λέγων trochaeum inter duos iambos positum efficiendum esse puto. emendare versum nequeo. — certum quoddam schema efficitur tum cum iambum semper sequitur choriambus, velut L. v. 321 sqq.:

---

1) De re critica v. proximam paginam.

2) Ita ut ταχέως bisyllabum sit; neque unquam quamvis leni coniectura ταχὺς scribendum est. si vero nimis subtilis sis, etiam trisyllabum esse putes, ut prior iambi thesis duabus brevibus constet, quod certissimo exemplo defenditur E. v. 940 ἀνάσιμον ἢ πρεςβυτέραν = 44.

3) Ph. U. IX 136.

πέτου πέτου Νικοδίκη
πρὶν ἐμπεπρῆσθαι Καλύκην
τε καὶ Κρίτυλλαν περιφυσήτω
ὑπό τε νόμων ἀργαλέων
ὑπό τε γερόντων ὀλέθρων.

Similiter V 1450 iambus semper a choriambo excipitur. memorabiles sunt v. 58 60 69 ubi ⏑ ⏓⏓ — —, v. 70 ubi ⏑ ⏓⏓ — ⏑, v. 72 ubi — — — ⏑, v. 59 = 71 ubi — — — — choriambum antecedit. atque equidem anaclasin iambi statuendam esse puto, qua in posteriore quaque horum metrorum parte trochaei species effecta est. iam cum prior pars iamborum posterior pars trochaeorum leges sequatur, et prima et extrema huius metri syllabae incertae esse possunt ⏓ — — ⏓. iambus et choriambus inter se respondent V 526 = 631 [1]):

| | |
|---|---|
| v. 526 νῦν δὲ τὸν ἐκ θἠμετέρου | v. 631 οὐπώποθ' οὕτω καθαρῶς |
| γυμνασίου λέγειν τι δεῖ | οὐδενὸς ἠκούσαμεν οὐ- |
| καινόν, ὅπως φανήσει — | δὲ ξυνετῶς λέγοντος. |

Inter iambos inveniuntur dochmii V. v. 730 μηδ' ἀτενὴς ἄγαν ἀτεράμων τ' ἀνήρ = 44 τότ' ἐπεμαίνετ'· ἔγνωκε γὰρ ἀρτίως 733 σοὶ δὲ νῦν τις θεῶν | παρὼν ἐμφανὴς = 47 νῦν

[1]) V. 636 ὡς δὲ πάντ' ἐπελήλυθεν, quod interpretem resipit, qui enuntiatum minus usitatum male mutando explanabat, corr. Hermannus in ὡς ὅδε πάντ' ἐπῆλθε κοὐδέν τι. — v. 532 τονδὶ pro τὸν δὲ Bentleius scripsit. — v. 535 sq. traditum est γένοιτο νῦν οὗτός σ' ἐθέλει. Dindorfius scripsit γένοιθ' οὗτός σ' ἐθέλει. equidem vocem οὗτος delendam esse censeam, ut respondeant

| | |
|---|---|
| v. 535 sq. εἴπερ ὃ μὴ γένοιτο | v. 640 sq. αὐτὸς ἔδοξα νήσοις |
| νῦν σ' ἐθέλει κρατῆσαι. | ἡδόμενος λέγοντι. |

valde corruptus est v. 542. traditum est σκωπτόμενοι δ' ἂν ἐν. Dind. deleta vocula ἂν v. 542 et 43 in unum contraxit et καλοίμεθ' mutavit in καλούμεθ'. sed verba ταῖσιν ὁδοῖς ἁπάσαις optimum versum ac sensum reddunt et ἂν . . . καλοίμεθ' optime se habet. itaque v. 542 duas syllabas excidisse necesse est, nam v. antistrophicus (646) integer est — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ —; v. 646 autem 3 metra intercidisse accipiendum est, quorum primum est catalecticum. scribam igitur

| | |
|---|---|
| v. 542 σκωπτόμενοι δ' ἂν — ⏑ ἐν | v. 646 -ναι χαλεπὸν ⏑ — ⏑ |
| ταῖσιν ὁδοῖς ἁπάσαις | — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — |
| θαλλοφόροι κτλ. | μὴ πρὸς κτλ. |

ἴσως τοῖσι σοῖς | λόγοις πείθεται. 4 dochmii aeque formati (altera et ultima soluta) inter iambos iuxta positi sunt Av. v. 427—30: πότερα μαινόμενος; — ἄφατον ὡς φρόνιμος. — ἔνι σοφόν τι φρενί; — πυκνότατον κίναδος κτλ. glyconeus acephalus catalecticus clausulae in modum iambis subiungitur N. v. 1304 οἷον τὸ πραγμάτων ἐρᾶν φλαύρων· ὁ γὰρ | γέρων ὅδ' ἐρασθείς[1]), in fine singularum stropharum carminis ἐξ ὁμοίων A. v. 841 = 47 = 53 = 59. v. 841 ἢ συκοφάντης ἄλλος οἰ|μώζων καθεδεῖται acephalus eiusdem vocabuli continuatione cum iambis coniungitur, atque affinem eum iambis esse constat, etsi explicandi ratio nondum perspecta est. itaque etiam P. v. 950 sqq. = 1033 sqq., ubi respondent

| | |
|---|---|
| οὔκουν ἁμιλλήσεσθον; ὡς | τίς οὖν ἂν οὐκ ἐπαινέσει- |
| ἢν Χαῖρις ὑμᾶς ἴδῃ, | εν ἄνδρα τοιοῦτον, ὅσ- |
| πρόσεισιν αὐλήσων ἄκλη- | τις πόλλ' ἀνατλὰς ἔσω- |
| τος κᾆτα, τοῦτ' εὖ οἶδ' ὅτι | σεν τὴν ἱερὰν πόλιν; |
| φυσῶντι καὶ πονουμένῳ | ὥστ' οὐχὶ μὴ παύσει ποτ' ὢν |
| προσδώσετε δήπου | ζηλωτὸς ἅπασιν, |

num duo illi acephali v. 1035 sq., quibus respondent quattuor iambi v. 952 sq., falsi sint dubitem. recurrit acephalus catalecticus in fine clausulae in modum adhibitus.

## De ionicis.

Ionici primo quidem obtutu a comoedia alieni esse videntur, atque parodiae inserviunt V 291, quam indicat scholiasta v. 306 Pindari[2]) v. 313 sq. Thesei Euripidei. sed ceteros locos examinemur.

---

[1]) Sic enim traditum est. v. antistrophico (1312) πάλαι ποτ' ἐπεζήτει, quod cum numeris repugnet, Dindorfius in πάλαι ποτ' ἐζήτει et v. strophico 1304 cum Reisigio ἐρασθεὶς mutavit in ἐξαρθείς, ut dimeter iambicus catalecticus evaderet, cuius alterius metri prima suppressa esset, quod apud Aristophanem quidem fieri non posse supra demonstravimus. sed ἐρασθεὶς v. 1304 optime se habet ac desideraretur paene, nisi traditum esset. nec vero v. 1312 cum Hermanno scribendum est ἐπῄτει; nam ἐπαιτεῖν significat 'anbetteln', quod verbum huic quidem loco aptum non est.

[2]) V. 308 in fine addendum est εὑρεῖν cum Blaydesio vel εἰπεῖν cum Hermanno. deinde scribendum esse ἱρὸν pro ἱερὸν cum

R 323 Bacchus a mystis invocatur, ubi certum usum ac certam invocationem certis numeris expressam poetam imitari apparet. carmen igitur sacrale et numeri ut ita dicam sacrales sunt, quales in advocatione Bacchi adhibebantur, cum Eleusinia agerentur. — E 912[1]) puella queritur, quod amicus non venit, anus dolore eius gaudet. 938 adolescens Veneris cupidissimus in scenam prodit et a muliere excipitur. 952[1]) et quae sequuntur carminibus anus summa libidine impulsa adolescentem temptat, qui cupidine puellae flagrat. sunt igitur paraclausithyra quae vocantur atque poeseos popularis summi testes; accedit id quod nos dicimus 'Refrain' v. 957—59 = 66—68 μέθες ἱκνοῦμαί σ' Ἔρως καὶ ποίησον τήνδ' ἐς εὐνὴν τὴν ἐμὴν ἱκέσθαι, qua de re v. pg. 16. atque etiam in ionicis ad duos illos fontes comoediae revocamur, carmen sacrale dico et populare, cui proximum est amatorium. atque plane abhorret Aristophanes a dithyambicorum varietate, cuius exemplum exhibet Agathonis chorus T 100.

Integri ionici a minore servati sunt V 291 in parodia. ionicus et trochaeus respondent inter se in carmine R 323[2]):

| | |
|---|---|
| v. 327 ὁσίους ἐς θιασώτας | v. 344 φλογὶ φέγγεται δὲ λειμών· |
| πολύκαρπον μὲν τινάσσων | γόνυ πάλλεται γερόντων |
| ἀμφὶ κρατὶ σῷ βρύοντα[3]) | ἀποσείονται δὲ λύπας |

ionici et iambi confunduntur T. v. 355—58 τὰ δ' ἄρισθ' ὅσαις προσήκει | νικᾶν λεγούσας, ὁπόσαι δ' ἐξαπατῶσιν παραβαίνουσί τε τοὺς, sequuntur glyconei. — magna variatione poeta utitur

---

responsio accuratissime servata, tum ipse Pindari versus a scholiasta servatus docet: πανδαμεὶ τοὶ μὲν ὑπὲρ πόντιον Ἕλλας πόρον ἱρόν (Bgk. fr. 189), cuius finem faciunt ionici a minore integerrimi.

[1]) De re critica v. proximam paginam.

[2]) Emendavit hoc carmen Wilamowitzius, Ph. U. IX 137.

[3]) Ἀμφὶ pro περὶ ex U A M (Velseno teste) accipiendum est. neque enim facile ἀμφὶ quod cum dativo cuniunctum admodum rarum est in dialectu attica ab interprete scriptum esse sumas. — v. 350 φέγγων contra Wil. cum Kaibelio servandum est; nam transitivum usum Hesychii glossa testatur φέγγουσαν· λαμπρύνουσαν.

E. v. 915 sqq., ubi antecedunt 7 iambi[1]): ἀλλ' ὦ μαῖ ἱκετεύομαι, κάλει τὸν Ὀρθαγόραν, ὅπως | σαυτῆς ἂν κατόναι', ἀντιβολῶ σε.
— — — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — | — — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏓.
alter versus recurrit Eq. v. 559 sq. δεῦρ' ἔλθ' ἐς χορὸν ὦ χρυσοτρίαιν' ὦ | δελφίνων μεδέων Σουνιάρατε = 89 sq. inter glyconeos. memorabile est membrum illud – ⏑ ⏑ – ⏑ –. versus eiusdem speciei atque E. v. 915 exstant E. v. 938 sq. εἴθ' ἐξῆν παρὰ τῇ νέᾳ καθεύδειν | καὶ μὴ 'δει πρότερον διασποδῆσαι = 942 sq. sequuntur 2 iambi ἀνάσιμον ἢ πρεσβυτέραν et membrum illud – ⏑ ⏑ – ⏑ – geminatum οὐ γὰρ ἀνασχετὸν τοῦτό γ' ἐλευθέρῳ. — iambi antecedunt[2]) et sequuntur ionicos E 952. ionicos exscribam emendatos[3]):

v. 954 πάνυ γάρ με δονεῖ δεινὸς ἔρως τις ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – –
τῶνδε τῶν σῶν βοστρύχων – ⏑ – – – ⏑ –
ἄτοπος δ' ἐγκεῖταί μοί τις πόθος ⏑ ⏑ – – – – – – ⏑⏑
ὅς με διακναίσας ἔχει. – ⏑ ⏑⏑ – – ⏑ –

plane iambicum est carmen E 969[4]); tetrametrum sequuntur
εἰρημέν' ἐστίν. σὺ δέ μοι φίλτατον ὦ ἱκετεύω
ἄνοιξον ἀσπάζου με· διά τοι σὲ πόνους ἔχω.
in fine recurrit membrum illud – ⏑ ⏑ – ⏑ –.

Hi igitur numeri molles non minus ad furorem bacchantium, ubi toto corpore te dedis ac veheris magis quam regis, quam ad libidinem amantium exprimendam apti sunt. molossus ter repetitus optime se habet Av. v. 1723, ubi chorus pulchritudine Reginae quasi perculsus admiratione stupet: ὦ φεῦ φεῦ τῆς ὥρας τοῦ κάλλους. sequuntur choriambi ὦ μακαριστὸν σὺ γάμον τῇδε πόλει γήμας. memorabilis est extremus cata-

---

1) V. 913 verba οὐχ ἥκει μοὐταῖρος et ἡ γάρ μοι μήτηρ ἄλλῃ βέβηκε non sunt Aristophanis sed interpolatoris, illa ad v. 912, haec ad v. 913 adscripta. scribendum igitur est: αἰαῖ τί ποτε πείσομαι· μόνη γὰρ αὐτοῦ λείπομαι. — v. 914 pro καὶ τἄλλ' οὐδέν cum Velseno scribam καὶ τἄλλα μ' οὐδέν.

2) Quos descripsi pg. 18. v. 954 cum Hermanno sic restituerim τὴν εὐφρόνην⟨φίλος⟩ ὅπως ⟨τήνδ'⟩ἔσει. nam v. antistrophicus sanus est τήνδ'· εἰ δὲ μὴ καταπεσὼν κείσομαι.

3) Traditum est v. 954 πάνυ γάρ τις ἔρως με δονεῖ. versus antistrophici restitui non iam possunt.

4) Emendavit Wil., Ph. U. IX 138.

lecticus. recurrit molossus in carmine N 1154, ubi Strepsiades, quod filius perdidicit gaudet filiumque praedicat; 4 trimetros iambicos sequuntur 6 ionici:

v. 1158 οἷος ἐμοὶ τρέφεται τοῖσδ' ἐνὶ δώμασι παῖς
ἀμφήκει γλώττῃ λάμπων.

et hoc loco molossi gravitatem quandam prae se ferunt. finem carminis intermisso trimetro iambico membrum illud facit, quod in E nobis occurrit, – ᴗ ᴗ – ᴗ – quater repetitum:

v. 1162 λυσανίας πατρῴων μεγάλων κακῶν·
ὃν κάλεσον τρέχων ἔνδοθεν ὡς ἐμέ.

Novas in ionicis componendis licentias ex carmine Av 1313 cognoscimus:

ταχὺ δὴ πολυάνορα τὰν πόλιν καλεῖ τις ἀνθρώπων.
τύχα μόνον προσείη.
κατέχουσι δ' ἔρωτες ἐμᾶς πόλεως
— θᾶττον φέρειν κελεύω.
— τί γὰρ οὐκ ἔνι ταύτῃ
καλὸν ἀνδρὶ μετοικεῖν;
Σοφία Πόθος ἀμβρόσιαι Χάριτες
τό τε τᾶς ἀγανόφρονος Ἡσυχίας
εὐάμερον πρόσωπον.

ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ – ᴗ – ᴗ – – –
ᴗ – ᴗ – ᴗ – ⏓
ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ⏓ – ᴗ – ᴗ – ⏓
ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – –
ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – –
ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ –
ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ⏓ – ᴗ – ᴗ – ⏓

tertii metri (iambici) prima syllaba suppressa est. similitudinem inter tertium et ultimum versum facile cognoscas. praeterea duae in hoc carmine res animadvertandae sunt. primum quod saepe in initio periodi extrema ionici primi syllaba suppressa est (sequi solet integer ionicus a minore). est igitur, ut nos dicimus, 'ein Leitmotiv'. clarius elucet in brevibus illis versiculis v. 1319 sq., qui mox recurrent. deinde memorabilis est versus finis ille, ubi post iambum duae syllabae positae sunt

longae ⏑ – ⏑ – – –. eaedem post choriambum in fine versus reperiuntur Av. v. 1725 πόλει γήμας (cf. pg. 25).

Idem versus finis bis exstat in carmine Av 451 — 539:

δολερὸν μὲν ἀεὶ κατὰ πάντα δὴ τρόπον
    πέφυκεν ἄνθρωπος.
σὺ δ' ὅμως λέγε μοι· τάχα γὰρ τύχοις ἂν
χρηστὸν ἐξειπὼν ὅ τι μοι παρορᾷς, ἢ
δύναμίν τινα μείζω
παραλειπομένην ὑπ' ἐμῆς φρενὸς ἀξυνέ-
    του, σὺ δὲ τοῦθ' ηὗρες· λέγ' ἐς κοινόν.
ὃ γὰρ ἂν σὺ τύχῃς μοι
ἀγαθὸν πορίσας, τοῦτο κοινὸν ἔσται.

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑
– ⏑ – ⏓ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏓ – ⏑ – ⏑ – ⏑

similitudinem inter secundum et ultimum versum facile cognoscas.

N 700 = 804 recte ionicos statuit Wilamowitzius[1]):

φρόντιζε δὴ καὶ διάθρει, πάντα τρόπον τε σαυτὸν
στρόβει πυκνώσας. ταχὺς δ' ὅταν εἰς ἄπορον
    πέσῃς, ἐπ' ἄλλο πήδα
νόημα φρενός· ὕπνος δ' ἀπέστω γλυκύθυμος
    ὀμμάτων.[2])

⏓ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑
⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
⏑ – ⏑ ⏑⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –

singularis est alter alterius periodi ionicus, qui primam longam habet.

---

1) Ph. U. IX 136.

2) V. 804 sq., qui in stropha non habent quibus respondeant, descripsi pg. 20.

Cum anapaestis ionici coniunguntur in carmine P 939 = 1023; nam v. 940 sq. (= 1024 sq.)

χωρεῖ κατὰ νοῦν, ἕτερον δ'- ἑτέρῳ
τούτων κατὰ καιρὸν ἀπαντᾷ

non possum quin anapaestis addicam. sequuntur tetrametro iambico actoris intermisso ionici:

v. 943 ἐπείγετε νῦν ἐν ὅσῳ σοβαρὰ θεόθεν κατέχει
πολέμου μετάτροπος αὔρα.
νῦν γὰρ δαίμων φανερῶς εἰς ἀγαθὰ μεταβιβάζει.

∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ ∪ .. –
.. – – ∪ ∪ – ∪∪ ∪ ∪∪ ∪ – ∪

primam igitur ionici syllabam longam in initio periodi decurtari posse v. 943 (= 1027) docet, etiam v. 1030 (qui respondet v. 946), si σοφῇ in initio positum recte se habet et duas longas syllabas inter σοφῇ et δόκιμον excidisse recte conicitur. · finem carminis intermissis duobus tetrametris iambicis actoris 10 iambi faciunt subiuncto glyconeo acephalo catalectico, qui clausulae vice fungitur:

v. 950 οὔκουν ἀμιλλήσεσθον; ὡς ἦν Χαῖρις ὑμᾶς ἴδῃ,
πρόσεισιν αὐλήσων ἄκλητος, κᾆτα τοῦτ' εὖ οἶδ' ὅτι[1])
φυσῶντι καὶ πονουμένῳ
προσδώσετε δήπου.

acephalus vero ille vereor ne duo ionici sint, quorum prior e duabus longis syllabis constat – ∪ ∪ – ∪, vel quorum alter duarum longarum est ∪ ∪ . ∪. ad hanc rationem etiam v. 1035 sq.

-τις πόλλ' ἀνατλὰς ἔσωσεν τὴν ἱερὰν πόλιν,

qui speciem duorum glyconeorum acephalorum acatalecticorum praebent et quibus in stropha 4 iambi respondent (v. 952 sq.), accommodandos esse verisimile est, ut sint 4 ionici, quorum alter et quartus iambici primam syllabam suppressam habent (quod recurrit Av. v. 1313):

– – ∪ ∪ – ∪ – .. – ∪ ∪ – ∪ –

[1]) Nam sic traditum est.

Ionicum denique putaverim carmen V 273 = 82:

τί ποτ' οὐ πρὸ θυρῶν φαίνετ' ἄρ' ἡμῖν ὁ γέρων
οὐδ' ὑπακούει;
μῶν ἀπολώλεκε τὰς[1]) ἐμβάδας ἢ προσέκοψ' ἐν
τῷ σκότῳ τὸν δάκτυλόν που;
εἶτ' ἐφλέγμηνεν αὐτοῦ[2]) τὸ σφυρὸν γέροντος
ὄντος; καὶ τάχ' ἂν βουβωνιῴη.
ἦ μὴν πολὺ δριμύτατός γ' ἦν τῶν παρ' ἡμῖν
καὶ μόνος οὐκ ἂν ἐπείθετ', ἀλλ' ὁπότ'
ἀντιβολοίη τις, κάτω κύπτων ἂν οὕτω
'λίθον ἕψεις' ἔλεγεν· ὕπαγ' ὦ παῖ ὕπαγε.

⏑ ⏑ –   ⏑ ⏑ – –   ⏑ ⏑ – –   ⏑ ⏑ – –   ⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ –   { ⏑ ⏑ – / – ⏑ – }   – ⏑ ⏑ –   ⏑ ⏑ – –   – ⏑ – –   – ⏑ – –
{ – ⏑ –   – ⏑ – – / ⏑ ⏑ –   ⏑ ⏑ – – }   – ⏑ – ⏑   – ⏑ – –   – ⏑ – –   – ⏑ – –
–   – ⏑ ⏑ –   ⏑ ⏑ – –   – ⏑ – –   – ⏑ ⏑ –   ⏑ ⏑ – ⏑   – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – –   – ⏑ – –   – ⏑ – –   ⏑ ⏑ – –   ⏑ ⏑ –   ⏑ ⏑ – –   ⏑ ⏑ ⏒

ter igitur ionicus et trochaeus, bis suppressa cuiusque ultima, inter se respondent. singularis est anacrusis v. 278 = 86. quodsi dactyloepitritos plerique omnes adgnoverunt, contra dicendum est tales quidem nugas dactyloepitritis includi non solere. lepidissimi vero sunt ionici affatim leves atque graciles.

### De versibus glyconeis.

Versuum[3]) glyconeorum apud Aristophanem tria genera inveniuntur; primum versus glyconeus qui proprie dicitur, cuius forma catalectica est pherecrateus, deinde glyconeus qui dicitur acephalus, qui basin unius syllabae sive brevis sive longae habet; postremo glyconeus polyschematistus, qui dactylum primo loco habet.

Atque in universum dicendum est hos glyconeos singulis periodis includi ita, ut nonnulli acatalectici iuxta ponantur, nulla

---

[1]) Respondet in antistropho ἐξαπατῶν καὶ λέγων ὡς φιλ. κτλ.

[2]) Resp. in ant. διὰ τοῦτ' ὀδυνηθεὶς κτλ.

[3]) Quae significatio consuetudine excusatur; neque enim versus est glyconeus, sed membrum vel potius pes.

syllaba ancipiti nullo hiatu intercedente, et finem faciat catalecticus, ut omnia haec membra per synaphiam, ut dicere solemus, inter se cohaereant et totum systema perpetuum usque ad catalexin continuetur. parvis autem semper systematis usus est poeta; continentur enim singulis systematis bini terni quaterni quini seni glyconei. quae systemata ad carmina ἐξ ὁμοίων componenda aptissima esse facile colligas. — Eq 973[1]) sexies quaterni glyconei, R 448 bis quaterni acephali antecedentibus singulis tetrametris iambicis, Eq 1111 quaterni et seni polyschematisti singulis strophis inclusi quater repetuntur. primam stropham exscribere liceat:

Ὦ Δῆμε, καλήν γ' ἔχεις
 ἀρχήν, ὅτε πάντες ἄν-
 θρωποι δεδίασί σ' ὥσ-
 περ ἄνδρα τύραννον.
ἀλλ' εὐπαράγωγος εἶ
 θωπευόμενός τε χαί-
 ρεις κἀξαπατώμενος
 πρὸς τόν τε λέγοντ' ἀεὶ
 κέχηνας· ὁ νοῦς δὲ σου
 παρὼν ἀποδημεῖ.

P 1329 septies ternis acephalis acatalecticis subiunguntur bini catalectici, quibus epiphonema continetur: Ὑμὴν Ὑμέναι' ὤ

---

1) V. 974 sq. legitur παροῦσι καὶ τοῖς ἀφικνουμένοισιν, quod numeris repugnat. sed hoc mihi certum esse videtur verbo ἀφικνουμένοις (deletis litteris ιν) glyconeum latere, ut hoc tantum quid in initio versus scribendum sit ambigatur. desideramus quidem haec fere: 'omnibus qui adsunt et qui aderunt unquam'. iam eum futurum verbi ἀφικνεῖσθαι numeris non conveniat, aliud verbum quaerendum est, cui notio futuri inest. quod elegantissime efficitur, si, quod Kaibelius olim proposuerat, scribis τοῖσιν ἀνταφικνουμένοις.

2) Nam sic geminato epiphonemate scribendum esse recte animadvertit Schraderus, Rh. M. XXI 93 sqq. quaeritur autem utrum duo versus catalectici an unus acatalecticus alter catalecticus statuendi sint. ex Catulli vero carminibus LXI et LXII nihil lucramur. nam Catullum pro necessitate versus haec epiphonemata formasse apparet: in carmine LXI finem faciunt strophae glyconeae, itaque paenultimum versum glyconeum acatalecticum, ultimum

Ὑμὴν Ὑμέναι' ὦ[2]). Av 1731 quaternis acephalis acatalecticis et quinto pherecrateo[1]) subiunguntur bini eiusdem speciei versus, quibus epiphonema continetur:

Ἥρᾳ ποτ' Ὀλυμπίᾳ
τὸν ἠλιβάτων θρόνων
ἄρχοντα θεαὶ μέγαν
Μοῖραι ξυνεκοίμισαν
ἐν τοιῷδ' ὑμεναίῳ.
Ὑμὴν ὦ Ὑμέναι' ὦ
Ὑμὴν ὦ Ὑμέναι' ὦ.

— etiam T 1136[2]) species carminis ἐξ ὁμοίων exstat. nam in priore parte[3]) v. 36—47 tria systemata trinorum glyconeorum subsequuntur; inter secundum et tertium (v. 43 sq.) quattuor bacchii intercedunt. in posteriore parte v. 48—59 ternos glyconeos acatalecticos bis excipiunt dactyli primum 7 deinde 5[4]), qui artissime cum glyconeis coniungendi sunt, ut quasi finem eiusdem systematis faciant.

Quam rationem componendi plane a tragicorum differe, qui in glyconeis componendis magna varietate utuntur, apparet. sed conferri possunt Anacreontis fragmenta, qui systemata ternorum quaternorum quinorum versuum glyconeorum composuit. apud eundem carminis ἐξ ὁμοίων certum vestigium reperitur fr. 14, ubi quaterni

σφαίρῃ δηὖτέ με πορφυρέῃ
βάλλων χρυσοκόμης Ἔρως
νῆνι ποικιλοσαμβάλῳ
συμπαίζειν προκαλεῖται.

---

catalecticum fecit poeta. hoc vero Aristophanis loco iam antecedit versus catalecticus nec in fine systematis versus catelectici cumulati quidquam miri habent, immo plane in deliciis sunt Aristophani quidem.

1) Nam v. 1735 ἐν 42 τῆς τ' cum codicibus servanda sunt atque haec licentia poetae permittemus, ut in fine systematis versum pleniorem brevioribus subiungat.

2) Numeri descripti sunt pg. 34.

3) Primum enim Minerva, deinde Θεσμοφόρω πολυποτνία invocantur. etiam numeris distant hae duae partes.

4) V. 1159 cum Hermanno scribendum est ἔνθαδε χἠμῖν.

ἡ δ', ἐστὶν γὰρ ἀπ' εὐκτίτου
Λέσβου, τὴν μὲν ἐμὴν κόμην,
λευκὴ γάρ, καταμέμφεται,
πρὸς δ' ἄλλον τινὰ χάσκει

et fr. 2, ubi terni et quini glyconei singulis systematis inclusi singulas strophas efficiunt:

ὦναξ ᾧ δαμάλης Ἔρως
καὶ Νύμφαι κυανώπιδες
πορφυρέη τ' Ἀφροδίτη
συμπαίζουσιν· ἐπιστρέφεαι δ'
ὑψηλῶν κορυφὰς ὀρέων,
γουνοῦμαί σε· σὺ δ' εὐμενὴς
ἔλθ' ἡμῖν, κεχαρισμένης δ'
εὐχωλῆς ἐπακούειν.

Κλευβούλῳ δ' ἀγαθὸς γενεῦ
σύμβουλος· τὸν ἐμὸν δ' ἔρωτ'
ὦ Δεύνυσε δέχεσθαι.

alterius strophae haec prior tantum pars exstat. est autem hoc exemplum simillimum Aristophaneo illo Eq 1111, quod supra descripsi. atque ipsa haec res ad eum quem fontem alterum comoediae esse cognovimus, nos reducit, carmen populare dico, cui proximum est carmen amatorium. huc referenda quoque sunt carmina nuptialia, quae glyconeis expressa saepius reperimus, v. pg. 36. κατὰ στίχον nusquam glyconeos composuit Aristophanes.

Notandum autem est poetam in componendis glyconeis diversa ratione uti, alia ubi in parodo vel parabasi, alia ubi singulari loco positum est carmen. nam haec omnia paene sunt carmina ἐξ ὁμοίων, aut certam formam prae se ferunt a a b, quae a compositione illa haud longe distat. V 317 2 bacchios quasi clausulam sequuntur 2· acephali, deinde 2 iambi, quorum alter anaclomenus (choriambus) alter est catalecticus, et acephalus catalecticus:

φίλοι τήκομαι μὲν
πάλαι διὰ τῆς ὀπῆς ὑμῶν ὑπακούων

ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ' εἴμ'
ᾄδειν· τί ποιήσω;[1])

sequuntur 4 glyconei qui proprie dicuntur. — P 856 3·3· acephali 11 iambi decurrunt intermissis tetrametris. R 1251 subsequuntur 3·3·2·1·1· glyconei, ut in initio quidem carminis formula a a b efficiatur (duos illos catalecticos, qui in fine positi sunt, clausulam fortasse existimare licet). — iam videas, quomodo illa, quae in parodo aut parabasi posita sunt, carmina composuerit poeta. E 289 4· (2 + 3)· 3·4·4· acephali[2]), T. v. 359—65[3]) 2 + 6 glyconei decurrunt; Av 676 2 acephalos, quorum prior omni basi caret, paenultimam longam praebet, sequuntur 2· glyconei, deinde intermisso dimetro iambico catalectico, cuius prima suppressa est, 4· glyconei:

ὦ φίλη ὦ ξουθὴ
ὦ φίλτατον ὀρνέων
πάντων ξύννομε τῶν ἐμῶν
ὕμνων ξύντροφ' ἀηδοῖ,
ἦλθες ἦλθες ὤφθης,
ἡδὺν φθόγγον ἐμοὶ φέρουσ'. κτλ.

Eq 551 5·3· polyschematisti omnes eiusdem speciei et intermissis bis ternis ionicis a minore, de quibus v. pg. 24, 4· glyconei decurrunt. N 563 tres polyschematistos sequuntur 3 choriambi + 2 polyschematisti, deinde intermissis novem dactylis 4 choriambi + 2 glyconei:

ὑψιμέδοντα μὲν θεῶν
Ζῆνα τύραννον ἐς χορὸν
πρῶτα μέγαν κικλήσκω·

---

1) Nam sic traditum est, nec est quod vituperes in his iambis. vocem ᾄδειν autem recte se habere puto. nam primum τήκομαι μὲν v. 317 et τηροῦμαι δὲ v. 319 respondere inter se animadvertendum est. tunc vero illud ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷός τ' εἴμ' | ᾄδειν. τί ποιήσω; quasi in parenthesi dictum esse fingas (ut optime ἀλλὰ se habeat); 'at exire nequeo' ait Philocleo, quod cum in cantando intercedat, sic exprimitur: οὐχ οἷός τ' εἴμ' ᾄ δ ε ι ν. similiter L. v. 541 chorus mulierum, amicis se semper adfuturum esse sic verbis exprimit [ἐγὼ γὰρ] οὔποτε κάμοιμ' ἂν ὀρχουμένη.

2) V. 307 ante καὶ δύο syllabam desideramus.

3) Emendavit Wil., A. u. A. II 354 sq.

τόν τε μεγασθενῆ τριαίνης ταμίαν
γῆς τε καὶ ἁλμυρᾶς θαλάσ-
σης ἄγριον μοχλευτήν·

9d

τόν θ' ἱππονώμαν ὃς ὑπερλάμπροις ἀκτῖσιν κατέχει[1])
γῆς πέδον, μέγας ἐν θεοῖς
ἐν θνητοῖσί τε δαίμων.

liberiore igitur ratione composita sunt haec carmina, imprimis ea quae in parabasi posita sunt. hoc vero maxime memorabile est, glyconeos polyschematistos in iis tantum carminibus quae in parabasi posita sunt occurrere, si quidem T 1136 paullisper omittis, quod carmen plane singulare est.

Quod in Acharnensibus, prima Aristophanis fabula earum quae servatae sunt, glyconei non exstant, hoc vix casui tribues. sed paullatim quasi poetam glyconeos induxisse putes, primum in Equitibus, ubi quia novi erant, cupidius eos amplectebatur; tribus enim locis inveniuntur. mox vero tam triti erant, ut (in posterioribus quidem fabulis) etiam in parodum (E 289) invaderent; nam quod in parabasi, ubi etiam in numeris adhibendis magna poetae licentia erat, saepius inveniuntur, haud ita mirum est. quod si in Lysistrata glyconei non exstant primo obtutu summo iure mireris. sed reputandum est poetam in hac fabula antiquas comoediae formas repetere, ut de industria numeros illos recentiores evitasse videatur. neque omittendum est in una e posterioribus fabulis (T 1136) semel poetam liberrima componendi glyconeos ratione usum esse.

Sed iam pauca de Aristophanis versus glyconeos formandi ratione et de natura eorum addam. in basi glyconei qui proprie dicitur spondeus multo frequentior est quam trochaeus. iambus nunquam invenitur. tribrachys occurrit R. v. 1251 τί ποτε πρᾶγμα γενήσεται 53 τίν' ἄρα μέμψιν ἐποίσει, in glyconeo polyschematisto T. v. 1155 μόλετον ἔλθετον ἄντομεθ' ὦ; dactylus in carmine T 1136 compluriens. sed totum hoc carmen exscribere liceat

1) De choriambi forma illa quae constat e quattuor syllabis longis v. pg. 21.

| | |
|---|---|
| Παλλάδα τὴν φιλόχορον ἐμοὶ | — ∪ ∪ — ∪ ∪ ⏖ ∪ — |
| δεῦρο καλεῖν νόμος ἐς χορὸν | — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — |
| παρθένον ἄζυγα κούρην, | — ∪ ∪ — ∪ ∪ — — |
| Ἣ πόλιν ἡμετέραν ἔχει | — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — |
| καὶ κράτος φανερὸν μόνη | — ∪ — ∪ ∪ — ∪ — |
| κληδοῦχός τε καλεῖται. | — — — ∪ ∪ — — |

**4 bacchii.**

| | |
|---|---|
| Δῆμός τοί σε καλεῖ γυναι- | — ∪ — ∪ ∪ — ∪ — |
| κῶν· ἔχουσα δέ μοι μόλοις | — ∪ — ∪ ∪ — ∪ — |
| εἰρήνην φιλέορτον. | — — — ∪ ∪ — ∪ |
| Ἥκετ᾽ εὔφρονες ἵλαοι | — ∪ — ∪ ∪ — ∪ — |
| πότνιαι ἄλσος ἐς ὑμέτερον, | — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ ∪ ⏓ |
| οὗ δὴ ἀνδράσιν οὐ θέμις εἰσορᾶν | — — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — |
| ὄργια σεμνὰ θεοῖν κτλ. | **7 dactyli.** |
| Μόλετον ἔλθετον ἀντόμεθ᾽ ὦ | ⏖ ∪ — ∪ ∪ — ∪ ∪ — |
| Θεσμοφόρω πολυποτνία, | — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — |
| εἰ καὶ πρότερόν ποτ᾽ ἐπηκόω | — — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — |
| ἤλθετε κτλ. | **5 dactyli.** |

omnibus igitur in hoc quidem carmine versus glyconei locis dactylus invenitur. memorabilis est paenultima longa soluta v. 1136, et una illa longa, quae antecedit basi, v. 50 et 58; nam δὴ ἀνδράσιν per crasin legendum est. continentur autem priore parte 3, posteriore parte 2 strophae similes inter se, ut carmen ἐξ ὁμοίων efficiatur quasi geminatum (cf. pg. 30).

In universum autem dicendum est summae simplicitati in glyconeis formandis Aristophanem studuisse (si omittis unum carmen T 1136), et hac quoque re valde a tragicis, qui primo glyconei loco etiam iambum et anapaestum et pyrrhichium admiserunt, differt.

Animadvertenda est affinitas[1]) inter glyconeos et iambos (choriambos), ita ut si non uno systemate velut N. v. 566—68 (= 598—600)

[1]) Cuius causam indicavit Wil. comm. metr. II compluribus locis, nondum vero explicavit. anaclasis iambi statuenda est, qua ex ⏒ — ∪ — ∪ — ∪ — efficiebatur ⏒ — — ∪ ∪ — ∪ —. sed non iam senserunt hoc poetae, qui traditas formas exprimere satis habebant.

τόν τε μεγασθενῆ τριαίνης ταμίαν
γῆς τε καὶ ἁλμυρᾶς θαλάσσης ἄγριον μοχλευτήν

et N. v. 571—74 (=603—6)

τόν θ' ἱππονώμαν, ὃς ὑπερλάμπροις ἀκτῖσιν κατέχει
γῆς πέδον, μέγας ἐν θεοῖς ἐν θνητοῖσί τε δαίμων

at certe eodem carmine includantur. saepe tetrameter iambicus aut antecedit aut sequitur glyconeos velut R. v. 448 (= 54)

χωρῶμεν ἐς πολυρρόδους λειμῶνας ἀνθεμώδεις
τὸν ἡμέτερον τρόπον
τὸν καλλιχορώτατον
παίζοντες κτλ.

similiter E. v. 289 = 300. lepidissime compositum est carmen P 856, ubi, cum bis terni glyconei chori a tetrametro actoris excipiantur

εὐδαιμονικῶς ὁ πρεσ-
βύτης, ὅσα γ' ὧδ' ἰδεῖν,
τὰ νῦν τάδε πράττει.
— τί δῆτ' ἐπειδὴ νύμφιόν μ'ὁρᾶτε λαμπρὸν ὄντα;
— ζηλωτὸς ἔσει γέρων
αὖθις νέος ὢν πάλιν,
μύρῳ κατάλειπτος.
— οἶμαι. τί δῆθ' ὅταν ξυνὼν τῶν τιτθίων ἔχωμαι;

compositionis enim epirrhematicae imago quaedam adfectatur. deinde vice versa chori tetrametrum sequuntur 11 iambi actoris, ut formula totius carminis haec sit a b a b b a

εὐδαιμονέστερος φανεῖ τῶν Καρκίνου στροβίλων.
— οὔκουν δικαίως;
ὄχημα κανθάρου 'πιβὰς
ἔσωσα τοὺς Ἕλληνας ὥστ' ἐν τοῖς ἀγροῖς
ἅπαντας ὄντας ἀσφαλῶς
βινεῖν τε καὶ καθεύδειν.

de ionicis inter glyconeos positis v. pg. 24.

Versus qui proprie dicitur glyconeus propter varietatem suam est liquidus, leviter ac molliter fluens. itaque ad describendam spem atque laetitiam optime adhibetur, velut Eq 973,

ubi quod iam in eo est, ut Cleo ab Agoracrito perfidiae convictus domo eiciatur, equites gaudent. — brevia acephalorum membra una cum varietate glyconeorum qui proprie dicuntur perbene ad trepidationem conquerentium apta sunt, velut V 317, ubi Philocleo a filio domi retentus frustra exire cupit. etiam liberiori laetitiae depingendae optime inserviunt in carminibus nuptialibus Av 1731 P 1329; eaque ipsa de causa nymphio quoque laudando bene conveniunt P 856 et lusciniae salutandae Av 676, quod carmen nuptialibus illis simillimum est. — glyconeus polyschematistus, cum basi careat et trochaeis dactylus non intercedat, a varietate et mobilitate versus glyconei qui proprie dicitur abhorret severiusque et gravius sonat (inter dactylos occurrit catalecticus N. v. 286 μαρμαρέαις ἐν αὐγαῖς = 310 παντοδαπαῖς ἐν ὥραις; idem ter iuxta positus P. v. 784—86 μήθ' ὑπάκουε μήτ' ἔλ | θῃς ξυνέριθος αὐτοῖς, | ἀλλὰ νόμιζε πάντας | ὄρτυγας οἰκογενεῖς κτλ. = 806—8). itaque in invocationibus haud inepte a poeta adhibetur, velut Eq 551 ἵππι' ἄναξ Πόσειδον ᾧ κτλ. N 563 ὑψιμέδοντα μὲν θεῶν | Ζῆνα κτλ. T 1136 Παλλάδα τὴν φιλόχορον ἐμοί κτλ., qui glyconei polyschematisti, cum dactylus omnibus locis admissus sit, proxime ad genus dactylicum accedunt, ita ut nonnulla membra speciem integri versus dactylici praebeant. atque augetur gravitas immixtis puris versibus dactylicis.

## De dochmiis.

Iambis affines etiam sunt dochmii, quorum 'radicem aeolicam esse' Wil. contendit[1]). cum iambis exceptis iis locis quos pg. 21 sq. attuli, coniunguntur A 490, ubi quaterni dochmii amplectuntur 2 trimetros iambicos,

τί δράσεις; τί φήσεις; ἀλλ' ἴσθι νυν
ἀναίσχυντος ὢν σιδηροῦς τ' ἀνήρ,
ὅστις παρασχὼν τῇ πόλει τὸν αὐχένα
ἅπασι μέλλεις εἷς λέγειν τἀναντία.
ἀνὴρ οὐ τρέμει τὸ πρᾶγμ'. εἶά νυν,
ἐπειδήπερ αὐτὸς αἱρεῖ, λέγε.

---

1) Comm. metr. II pg. 29.

Dochmii, cum plane a comoedia alieni sint, parodiam semper indicant. itaque in monodia optime adhibentur, velut Av. v. 234 ὅσα τ' ἐν ἄλοκι θαμά v. 236 ἡδομένᾳ φωνᾷ, atque in iis carminibus, quibus severitas quaedam aut animi vehementer commoti exprimuntur, velut A 566, ubi alterum hemichorium oppressum Lamachi auxilium implorat

ἰὼ Λάμαχ' ὦ βλέπων ἀστραπὰς
βοήθησον ὦ γοργολόφα φανεὶς κτλ.

Av 1188 = 1263, ubi in oda periculo belli imminentis aves perterritae sunt (atque arsibus saepe solutis eo magis trepidatio depingitur)

πόλεμος αἴρεται πόλεμος οὐ φατὸς
πρὸς ἐμὲ καὶ θεούς. ἀλλὰ φύλαττε πᾶς
ἀέρα περινέφελον, ὃν Ἔρεβος ἐτέκετο κτλ.,

in antoda periculo suppresso gaudent. — lepidissima parodia exstat A 385. nam ad praeparandam scenam quae sequitur, qua Dicaeopolis Euripidem adit, ut spectatores ex ipsis numeris, de quibus paullo ante (358) obstipuerant fortasse, iam, cum v. 383 sqq. audierint, omissa admiratione quid velit poeta divinent ac tamquam ex longinquo Telephum iam sentiant, antequam nominetur, hos dochmios a poeta adhibitos esse mihi quidem persuasum est. eodemque redeunt 358 et 490. nam dochmiis ingentes Telephi Mysorum regis lamentationes in Euripidea fabula compositas fuisse, etiamsi nullo teste confirmaretur, ex hac Aristophanis fabula satis bene doceremur. ex Euripidis Telepho etiam v. 496 sqq. sumptos esse et scholiasta adnotat et ipse poeta expressis verbis dicit v. 555 τὸν δὲ Τήλεφον οὐκ οἰόμεσθα;

## De trochaeis.

Trochaei, quippe qui numeri ad incedendum aptissimi sint, cum alias tum in parodo atque exodo reperiuntur. sunt autem numeri natura sua celeres et fugaces, nec raro haec velocitas arsibus solutis augetur, quod optime convenit carmini L 1279, ubi chorus Atheniensium a convivio redux saltat et cantat et tota mente laetitiae deditus Bacchum aliosque

deos advocat, praesertim cum hoc carmen carmini Lacedaemoniorum gravissimo ac severo opponatur:

πρόσαγε χορόν, ἐπάγαγε[1]) Χάριτας.
ἐπὶ δὲ κάλεσον Ἄρτεμιν,
ἐπὶ δὲ δίδυμον ἥιον
εὔφρον', ἐπὶ δε Νύσιον κτλ.

aliquantum tamen inde a v. 1287 motus lenitur dactylis adhibitis 14 continuis qui pro dignitate dearum, quae iam invocantur, Veneris et ipsius Quietis, gravius incedunt

εἶτα δὲ δαίμονας, οἷς ἐπιμάρτυσι
χρησόμεθ' οὐκ ἐπιλήσμοσιν
ἡσυχίας πέρι τῆς ἀγανόφρονος
ἣν ἐποίησε θεὰ Κύπρις.

deinde denuo incitatur chorus summa laetitia exultans

v. 1291 ἀλαλαὶ ἰὴ παιήων·
αἴρεσθ' ἄνω ἰαί
ὡς ἐπὶ νίκῃ ἰαί
εὐοῖ εὐοῖ εὐαὶ εὐαί.

etenim animi humani est, ut in summa laetitia interdum retineatur aliquantisper et in contrarium transiliat, ut paullo post viribus quasi redintegratis denuo ac vehementius etiam exultet. quo artificio ad summam laetitiam depingendam de industria atque optime usum esse poetam putem.

T. v. 524 sq. τάδε γὰρ εἰπεῖν τὴν πανοῦργον
κατὰ τὸ φανερὸν ὧδ' ἀναιδῶς
οὐκ ἂν ᾠόμην κτλ.

summa chori indignatio v. 525 ambis arsibus solutis bene exprimitur. denique de trochaeis illis, qui adhortationi inserviunt, moneam, velut Av. v. 1720 ἄναγε δίεχε πάραγε πάρεχε περιπέτεσθε, V. v. 1326 ἄνεχε πάρεχε.

Carmina ἐξ ὁμοίων trochaica duo inveniuntur. T 959, ubi 1 2 4 trochaei, qui tamen continuandi sunt, ter repetuntur:

---

[1]) Nam sic cum Meinekio pro ἔπαγε cod. R ad aoristorum, qui sequuntur, exemplum scribendum est. nam πρόσαγε χορόν in universum quasi dictum est, deinde singuli advocantur dei, quibus Χάριτας reddendas esse censui.

ἅμα δὲ καὶ
γένος Ὀλυμπίων θεῶν
μέλπε καὶ γέραιρε φωνῇ πᾶσα χορομανεῖ τρόπῳ.
εἰ δέ τις
προσδοκᾷ κακῶς ἐρεῖν
ἐν ἱερῷ γυναῖκά μ' οὖσαν ἄνδρας, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ.
ἀλλὰ χρῆν
ὡς ἐπ' ἔργον αὖτι καινὸν[1])
πρῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυᾶ στῆσαι βάσιν.

et R 534 = 90, ubi 6·6·6·4· trochaei bis repetuntur et in oda et in antoda.

Trochaeus catalecticus integer semper servatus est – ᴗ –̲. saepe binorum trochaeorum, qui iuxta positi sunt, thesi altera quaque suppressa duorum creticorum species et proprium ethos — velocitas enim quasi tardari videtur — efficitur, velut V. v. 1060 sq. ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαις = 1091 sq., quod in fine periodi fieri solet. — P 1127 = 1159, cum imparium metrorum altera quaeque thesis suppressa sit, schema quoddam auribus perbene percipiendum, quod constare videtur ex 3 dimetris trochaicis catalecticis, efficitur, in initio et in fine pseudocretico adiuncto

ἥδομαί γ' ἥδομαι κράνους ἀπηλ-
λαγμένος τυροῦ τε καὶ
κρομμύων. οὐ γὰρ φιληδῶ μάχαις.

propriam trochaei formam praebet L. v. 658 sq.

ταῦτ' οὖν οὐχ ὕβρις τὰ πράγματ' ἐστὶ
πολλή; κἀπιδώσειν μοι δοκεῖ τὸ χρῆμα μᾶλλον κτλ.

= 682 sq. εἰ νὴ τὼ θεὼ με ζωπυρήσεις
λύσω τὴν ἐμαυτῆς ὗν ἐγὼ δὴ καὶ ποιήσω κτλ.,

ubi primi cuiusque trochaei ambae theses suppressae sunt – –, qua de re egit F. Spiro, Hermae vol. XXIII pg. 255.

[1]) Legitur ὥσπερ ἔργον, quod corr. Velsenus. — καινὸν optime se habet; nam ad novum i. e. aliud saltandi genus mulieres transeunt. tum vero in hac tertia stropha responsionem non iam accurate servatam esse concedendum est, quam licentiam poetae facile condonabimus.

recurrit haec forma L. v. 668 = 692. de carmine 781 mox agam. etiam invenitur

Eq. v. 616 νῦν ἄρ' ἄξιόν γε πᾶσίν ἐστιν ἐπολολύξαι
= 683 πάντα τοι πέπραγας οἷα χρὴ τὸν εὐτυχοῦντα,

in dactylo-epitritis

Av. v. 457 σὺ δὲ τοῦθ' ὁρᾷς. λέγ' ἐς κοινόν
= 545 ἀγαθὴν ἥκεις ἐμοὶ σωτήρ.

P. v. 788 ὄρτυγας οἰκογενεῖς, γυλιαύχενας ὀρχηστάς
= 810 Γοργόνες ὀψοφάγοι, βατιδοσκόποι, ἅρπυιαι.

denique in initio aut in fine periodi hoc metrum singulare poni solere animadvertendum est.

Altera trochaei forma singularis occurrit, quae alteram thesin suppressam, alteram arsin solutam habet – ᴗ ᴗ ᴗ, de qua egit idem F. Spiro l. l. atque ipse exemplum attulit

A. v. 280—83 οὗτος αὐτός ἐστιν οὗτος.
βάλλε βάλλε βάλλε βάλλε
παῖε παῖε τὸν μιαρόν.
οὐ βαλεῖς, οὐ βαλεῖς;
– ᴗ – ᴗ – ᴗ ᴗ ᴗ
– ᴗ – – ᴗ –

recurrit Eq. v. 618 sq. (= 85 sq.)
ἐργασάμεν', εἶθ' ἐπέλθοις ἅπαντά μοι σαφῶς.

P. v. 351 sqq.[1]) ἀλλ' ἁπαλὸν ἄν μ' ἴδοις καὶ πολὺ νεώτερον ἀπαλλαγέντα πραγμάτων.

V. v. 465 ὡς λάθρᾳ γ' ἐλάμβαν' ὑπιοῦσά με[2]).

clausulae in modum tetrametro trochaico subiungitur hoc membrum – ᴗ ᴗᴗ – ᴗ – V. v. 370 ἀλλ' ἔπαγε τὴν γνάθον. — integer trochaeus et – ᴗ ᴗᴗ inter se respondent saepius in carmine L 781, ubi recurrit etiam forma illa trochaei quae

---

[1]) Cuius periodi v. 390 posterior (ὥστε τήνδε μὴ λαβεῖν), v. 590 prior tantum pars (πᾶσιν ὁπόσοι γεωργὸν (γεωργικὸν codd.) βίον ἐτρίβομεν) exstat. ante hunc versum tetrametrum Trygaei excidisse verisimile est, cuius exstant etiam verba μόνη γὰρ ἡμᾶς ὠφελεῖς.

[2]) Sed valde suspecta sunt verba. v. strophico (407), ubi verba sana sunt ᾧ κολάζό | μεσθα, κέντρον ἐντέτατ' ὀξύ haec formula metrica efficitur – ᴗ – ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ, quam explicare non possum, nisi trochaeum in dactylum terminari statuo.

ambas theses suppressas habet; atque cum ipso membro illo – ⏑ ⏑⏑ coniungitur, ut evadat versiculus singularis huius speciei – ⏑ ⏑⏑ – –, qui cum levissimam et gravissimam trochaei formam contineat, proprium ethos habet (cf. F. Spiro l. l.). sed stropham carminis L 781 exscribere liceat

μῦθον βούλομαι λέξαι τιν' ὑμῖν, ὅν ποτ' ἤκουσ' αὐτὸς ἔτι παῖς ὤν.
οὕτως ἦν νεανίσκος Μελανίων τις, ὃς φεύγων γάμον ἀφίκετ'
ἐς ἐρημίαν κἀν τοῖς ὄρεσιν ᾤκει.
κᾆτ' ἐλαγοθήρει
πλεξάμενος ἄρκυς
καὶ κύνα τιν' εἶχεν
κοὐκέτι κατῆλθε πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους.
οὕτω τὰς γυναῖκας ἐβδελύχθη 'κεῖνος, ἡμεῖς τ' οὐδὲν ἧττον
τοῦ Μελανίωνος οἱ σώφρονες.

ceteri integri sunt trochaei.

– – – ⏑ – – – ⏑ – – – ⏑ – – – ⏑ ⏑⏑ – –
– – {– ⏑ – – / – ⏑ ⏑⏑} – ⏑ ⏑⏑ – ⏑ – – – ⏑ ⏑⏑ – ⏑ ⏑⏑ {– ⏑ – – / – ⏑ ⏑⏑}
– ⏑ ⏑⏑ – –
– ⏑ ⏑⏑ – –
– ⏑ ⏑⏑ – –
– ⏑ ⏑⏑ – –
– ⏑ ⏑⏑ – ⏑ ⏑⏑ – ⏑ ⏑⏑ – –
– – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – – ⏑ – – – ⏑ – – – ⏑ ⏑⏑ – ⏑ –
– ⏑ ⏑̄

trochaeo ἦν νεανί- respondet ἦν τις ἀί-, item respondent -ρημίαν κἀν et -ειργμένος 'Ε-. aptissima autem haec variatio est ad lepidissimas Melanionis et Timonis morum descriptiones. — membrum illud – ⏑ ⏑⏑ – – recurrit Av. v. 254 post dactylos οἰω Ι νῶν ταναοδείρων.

Denique animadvertendum est huius fabulae (Lysistratae) trochaeis liberiore modo compositis — nam ad creticos propius accedunt — ad priores fabulas nos revocari, in quibus cretici frequentissimi sunt. prima liberioris illius rationis exempla sunt A 280 Eq 616, quae supra attuli. nec omittendum est in Acharnensibus carmina lyrica trochaica omnino non reperiri, si omittis v. 280—83.

## De creticis.

Trochaeis affines esse creticos satis iam apparet. quomodo hi numeri, quos e sacris hymnis Delphicis nuper accuratius cognovimus 'usu quasi contererentur atque vulgaria sensim et humilia fierent quae olim gravia et deis ipsis convenientia visa essent' Wil. exposuit[1]). sed verae atque antiquae naturae aliquid semper servaverunt; nam satis vehementer semper sonant etiam in comoedia, quod arsium concursu efficitur. atque eo potissimum loco adhibentur, ubi maiore vi utitur poeta, in parodo atque tum, cum ira inflammatus et ulciscendi cupidissimus chorus hostem quasi persequens in scenam proruit, A Eq Av L. augetur haec vis altera arsi soluta, qua re cupiditas persequendi optime depingitur, velut A. v. 230 sq.

κοὐκ ἀνήσω πρὶν ἂν σχοῖνος αὐτοῖσιν ἀντεμπαγῶ
ὀξὺς ὀδυνηρὸς † ἐπίκωπος, ἵνα[2])
μήποτε πατῶσιν ἔτι τὰς ἐμὰς ἀμπέλους.

Cretici, quibus antiqua comoedia abundasse videtur, in prioribus fabulis admodum frequentes sunt. deinde magis magisque evanescunt, ita ut posteriores fabulae plane careant his numeris. in Acharnensibus, prima fabula, quater reperiuntur (208 = 23 in parodo, 284 = 335[3]), 665 = 92 in parabasi, 971 = 88 in parabasi secundaria); in Equitibus, proxima fabula, semel (303 22 = 82 97 in parodo); item in Vespis (v. 410 sqq. = 68 sqq.); singulariter in Avibus (v. 333 sqq. = 49 sqq. in parodo), ubi singularis quoque forma occurrit,

---

1) Wil. comm. metr. I pg. 7 sq.

2) Post ὀδυνηρὸς lacuna quattuor syllabarum hiat et adiectivum eiusdem generis et sonus excidisse verisimillimum est.

3) V. 338 libri praebent ἀλλὰ νῦν λέγ' εἴ τοί (Blaydesio quidem teste) σοι δοκεῖ, τόν τε Λακεδαιμόνιον αὐτὸν ὅτι τῷ τρόπῳ σοὔστὶ φίλος (R). νυνὶ scr. Elmsleius. offendunt verba quae sequuntur „iam dicas, si tibi placet, ipsum Lacedaemonium naturae tuae amicum esse.“ neque enim hoc Dicaeopolis antea dicturus erat, sed quo pacto cum Lacedaemoniis foedus fecisset (cf. v. 292. 306). scribendum igitur est cum Kaibelio οἵῳ τρόπῳ σοὔστὶ φίλος. — sed aliud

de qua mox exponam. iam videas Lysistratam: tribus locis inveniuntur cretici (v. 476 sq. = 541 sq., v. 619 sqq. = 41 sqq. v. 665 sqq. = 89 sqq. in parabasi), ut ex hac quoque re ad antiquiorem stilum hanc fabulam compositam esse cognoscas. quodsi in Nubibus, tertia fabula, cretici non exstant, propterea factum esse putes, quod retractavit poeta hanc fabulam. nec hoc omittendum est nusquam nisi in Acharnensibus carmen quod e solis creticis compositum sit, inveniri (204 = 19 665 = 92 971 = 88), omnibus aliis locis cum alios numeros, tum trochaeos esse immixtos. trochaei iam occurrunt A 284 = 335 tetrametri, deinde L 1043 = 1189 616 = 38, ubi anacrusis antecedit:

v. 616 ἤδη γὰρ ὄζειν ταδὶ πλειόνων καὶ μειζόνων κτλ., sequuntur cretici v. 620 καὶ πάνυ δέδοικα μὴ κτλ., trochaei v. 622 τὰς θεοῖς ἐχθρὰς γυναῖκας κτλ.

Ultimus quisque periodi creticae creticus integer semper servatus est; neque igitur periodum e solis paeonibus qui dicuntur compositam invenies. frequentissimus est tetrameter, qui constat et 3 paeonibus qui dicuntur et cretico integro — ᴗ ᴗ ᴗ — ᴗ ᴗ ᴗ — ᴗ ᴗ ᴗ — ᴗ —. quem versum κατὰ στίχον poeta adhibuit A 971 V 1265, quo utroque loco 8 tetrametros creticos sequitur tetrameter trochaicus. — anacrusis periodo creticae antecedit L. v. 476 ὦ Ζεῦ τί ποτε χρησόμεθα τοῖσδε τοῖς κνωδάλοις[1]). hoc quidem exemplum in carminis initio positum certum est; — clausulae in modum creticus usurpatur in interiectionibus, velut in ἀτταταῖ ἀτταταῖ.

---

etiam mihi latere videtur. Dicaeopolis enim cophinum necaturus est, senes eum obsecrant, ne faciat. iam Dicaeopolis „sed paullo ante, inquit, me dicentem ne audistis quidem". et illi „sed iam dicas, si tibi placet, ipsam Lacedaemoniorum amicitiam quomodo inieris". exspectamus — id quod ad studium atque ardorem chori magis aptum mihi esse videtur — hoc: „sed iam dicas omnia quae vis atque ipsam . . ." quod facile efficitur, si scribis cum Kaibelio λέγ' ὅ τί σοι δοκεῖ . . . cuius mutationis ansam praebet τοι illud librorum, quod cum alios tum Dindorfium offendit.

[1]) Versus antistrophicus (541) corruptus est ᴗ̲ — ᴗ ᴗ ᴗ οὔποτε κάμοιμ' ἂν ὀρχουμένη.

Restat, ut de forma quadam singulari, quam supra indicavi, referam. Av. v. 349 sqq. sequuntur 8 2 cretici

οὔτε γὰρ ὄρος σκιερὸν οὔτε νέφος αἰθέριον
οὔτε πολιὸν πέλαγος ἔστιν ὅτι δέξεται
τώδ' ἀποφυγόντε με.

quibus in stropha v. 333 sqq. respondent totidem metra, quae ex quaternis syllabis brevibus constant[1])

ἐς δὲ δόλον ἐκάλεσε παρέβαλέ τ' ἐμὲ παρὰ
γένος ἀνόσιον, ὅπερ ὅτ' ἐγένετ' ἐπ' ἐμοὶ
πολέμιον ἐτράφη.

— ∪ ∪∪ ∪ ∪ ∪∪ ∪ ∪ ∪∪ ∪ ∪ ∪∪
∪ ∪ ∪∪ ∪ ∪ ∪∪ ∪ ∪ ∪∪ ∪ ∪ —
∪ ∪ ∪∪ ∪ ∪ —

exceptis primo, quod primam longam, octavo et decimo, quae e duabus brevibus et una longa constant. sed iniuria Dindorfius hos versus ab interpolatore vitiatos esse censuisse mihi videtur; nam tanta arte depravari non solet. quodsi Zielinskius (pg. 131) anapaestos eos esse vult, qui respondeant creticis, hoc nullo modo fieri potest (cf. F. Spiro, Hermae vol. XXIII pg. 256). neque enim pedes sed metra metienda sunt et respondere inter se possunt. sed primum metrum de ceteris nos docere potest, quod quin creticum soluta altera arsi sit dubitare vix queas. equidem igitur creticos esse hos versus statuam, quorum prior arsis vi ictus correpta, altera soluta est. octavum autem et decimum, quippe quae metra finem periodorum faciant, alteram arsin integram et primam tantum correptam praebent. similiter explicandi sunt

A. v. 285 σὲ μὲν οὖν καταλεύσομεν, ὦ μιαρὰ κεφαλή
= v. 336 ἀπολεῖς ἄρ' ὁμήλικα τόνδε φιλανθρακέα,

quos versus creticos esse ex ipsa aequabilitate, quae inter v. 284—92 et 93—302 statuenda est, cognoscas. subsequuntur enim in utraque parte huius carminis: tetrameter trochaicus, periodus 5 metrorum (creticorum sine dubio in altera parte v. 294 sq. σοῦ γ' ἀκούσωμεν; ἀπολεῖ· κατά σε

[1]) V. 334 pro ἔξοτ', quod Dindorfium iam offendit, cum Zielinskio (pg. 331) scribam ὅτε.

χώσομεν τοῖς λίθοις = 342 οὑτοιί σοι χαμαὶ καὶ σὺ κατάθου πάλιν τὸ ξίφος), tetrameter trochaicus, 12 cretici. est igitur carmen quaedam ἐξ ὁμοίων. — similiter etiam explicandus est V. v. 339[1]) τίνα πρόφασιν ἔχων ⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑ –, cui respondent integri cretici v. 370 ἀλλ' ἔπαγε τὴν γνάθον – ⏑ ⏑⏑ – ⏑ ⏑.

## De dactylis et dactylo-epitritis.

Hi numeri graviter sonantes atque a comoedia alieni parodiae plerumque inserviunt (imprimis dactylo-epitriti), quam etiamsi taceat scholiasta ipsa verba indicare solent, velut R 814, ubi chorus de magnitudine certaminis inter Aeschylum et Euripidem mox instituendi summa cum severitate spectatores admonet, ut praeludat quasi hoc carmen.[2]) epicam autem orationem poetam imitari ex hexametris adhibitis cognoscas atque ex eo quod altera syllaba vocis ἐριβρεμέτας (v. 814) producta est.[3]) similiter P 114[4]), ubi Trygaeus in coelum ascensurus filias flentes consolatur; Aeolum Euripideum exprimi scholiasta adnotat. parodiam quoque et numeri et verba indicant V 1518, tacet scholiasta, ubi Philocleoni cum Carcinitis (nam haec sunt μεγαλώνυμα τέκνα τοῦ θαλασσίου θεοῦ)[5]) saltanti chorus accinit et ipse saltat. etiam in parabasi dactylo-epitriti saepe adhibentur, ubi parodiae locus aptissimus est, in Av Eq R P gravitati exprimendae inserviunt N 275 = 90, ubi Nubes deae summa cum amplitudine a Socrate invocatae summa cum dignitate incedunt, ut maiestatem suam ostendant. simul de industria numeri graves vanae Nubium naturae opponuntur, quo risus magis moveatur. similiter E 571, ubi Praxagora quomodo rem publicam administrare velit expositura a choro admonetur, qui pro rei gravitate dactylo-epitritis utitur. — eosdem numeros et dactylos invo-

---

1) Quem iniuria Dindorfius delevit.

2) V. pg. 3.

3) Idem recurrit R. v. 680; deinde Av. v. 1321 L. v. 1289 in voce ἀγανόφρονος, R. v. 409 E. v. 498 Eq. v 298 in voce παραβλέπειν, V. v. 744 in voce ἔγνωκε atque in dochmio.

4) Quo de carmine egit F. Spiro, Hermae vol. XXIII pg. 256.

5) Nam θαλασσίου traditum est; θεοῦ egregie coni. Bergkius.

cationibus aptissimos esse ex his locis facile intellegitur L. v. 1286 sqq.[1]) Av 1750, ubi in carmine nuptiali Iovis et Iunonis coniugium laudatur; 737, ubi Musa λοχμαία invocatur; Musam etiam dactylo-epitritis usus invocat poeta R 675 875.

Dactyli vel dactylo-epitriti in L semel v. 1283 sqq. in A omnino non inveniuntur, ut ex hac quoque re antiquum poetae stilum cognoscas. primum et caute quidem in Eq adhibentur 1263 = 90 τί κάλλιον ἀρχομένοισιν ἢ καταπαυομένοισιν, ubi Pindarus exprimitur; sed fortasse hoc exemplum nondum legitimum putes, quia in parabasi secundaria positum et parodia certissima est. omni vero dubitatione liberamur proxima fabula, N, ubi bis iam occurrunt et in parodo et 461. deinde V in exodo reperiuntur. paullatim igitur hos numeros a poeta assumptos esse apparet, et mox ita increbuerunt, ut recentiorum fabularum in ipsum agonem[2]) iam invaserint (E 571). frequentissime inveniuntur in R, qua in fabula parodiae latissimum spatium datum est; ter enim occurrunt: 814, ubi carmine ἐξ ὁμοίων includuntur, nam 6 6 5 dactyli subiuncta clausula (dimetro trochaico catalectico) quater repetuntur; 675 in parodo et 875, antequam certamen initur, quo utroque loco Musae invocantur. quodsi in T dactyli aut dactylo-epitriti non exstant, casu factum esse potest.

Saepe versus dactylicus in creticum, ut ita dicam terminatur, ut aeolicus versus efficiatur, qui clarius elucet Av. v. 749 sq. (= 781 sq.) Φρύνιχος ἀμβροσίων μελέων ἀπεβόσκετο καρπὸν ἀεὶ φέρων γλυκεῖαν ᾠδάν. Av. v. 1755 sq. periodus dactylica in ipsum pherecrateum desinit, qui clausulae vice fungitur: καὶ πάρεδρον Βασίλειαν ἔχει Διός,
Ὑμὴν ὦ Ὑμέναι' ὦ.[3])

---

[1]) V. pg. 38.

[2]) Nam in carmine N 457, quod e duobus veteris fabulae carminibus confusum esse nemo non videt, trochaei tantum, qui dactylo-epitritis antecedunt, odam exprimunt:

λῆμα μὲν πάρεστι τῷδέ γ' οὐκ ἄτολμον ἀλλ' ἕτοιμον.

[3]) Qui versus servandus est. haud enim inepte laudato Iovis et Iunonis coniugio nuptiarum, propter quas haec omnia cantantur, memoria repetito illo epiphonemate renovatur.

similiter N. v. 285 sq. (= 309 sq.), ubi glyconeus polyschematistus qui dactylum primo loco habet catalecticus dactylis subiungitur:

ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀκάματον σελαγεῖται
μαρμαρέαις ἐν αὐγαῖς.

anacrusis duarum brevium invenitur R. v. 679 (= 710):

φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος ἐφ' οὗ δὴ χείλεσιν κτλ.

v. 683 (= 714): ἐπὶ βάρβαρον ἑζομένη πέταλον.

versus qui dicitur enoplius[1]) occurrit V (1518 =) 23

ταχὺν πόδα κυκλοσοβεῖτε καὶ τὸ Φρυνιχεῖον

atque idem paullo amplificatus

ἐκλακτισάτω τις, ὅπως
ἰδόντες ἄνω σκέλος ὤζωσιν οἱ θεαταί,

ubi ithyphallicus unius vocabuli vinculo cum dactylis qui antecedunt coniungitur (ὤ | ζωσιν). inde a v. 1528 κατὰ στίχον enoplii compositi sunt. — arsis dactyli soluta invenitur E 1168 saepius in monstruoso illo vocabulo λεπαδο- κτλ., in vocula διὰ Av. v. 1754 διὰ σὲ τὰ πάντα κρατήσας, in eiulandi vocabulis illis, quibus avium voces poeta imitatur Av 737 = 69. sed stropham exscribere et per metra discribere liceat.

Μοῦσα λοχμαία
 τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίξ
ποικίλη, μεθ' ἧς ἐγὼ νά-
 παισί τε κορυφαῖσιν τ' ἐν ὀρείαις
 τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίξ
ἱζόμενος μελίας ἐπὶ φυλλοκόμου
 τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ[2])
 δι' ἐμῆς γένυος ξουθῆς μελέων
Πανὶ νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω
σεμνά τε μητρὶ χορεύματ' ὀρείᾳ
 τοτοτο τοτοτο τοτοτοτίξ
ἔνθεν ὡσπερεὶ μέλιττα
 Φρύνιχος ἀμβροσίων μελέων ἀπεβόσκετο καρπὸν
 ἀεὶ φέρων γλυκεῖαν ᾠδάν.
 τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίξ.

---

[1]) Wil. Her.[2] II pg. 27.

[2]) Nam sic etiam v. antistrophico (775) traditum est.

— ⏑ ⏑ — ⏓  
⏑⏑ ⏑ ⏑  ⏑⏑ ⏑ ⏑  ⏑⏑ ⏑ ⏑  ⏑⏑ —  
— ⏑ — ⏑  — ⏑ — ⏑  — ⏑ ⏖ ⏑  — —  ⏑ ⏑ — —[1])  
⏑⏑ ⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑ —  
— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑  ⏑⏑  ⏑ ⏑  ⏑⏑  ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — —  
— ⏑ ⏑ —  
— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — —  
— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — —  ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑  ⏑⏑ ⏑ —  
— ⏑ — ⏑  — ⏑ — ⏑  
— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — —  
⏑⏑  ⏑ ⏑  ⏑⏑  ⏑ ⏑ —

Coniunguntur autem saepius eodem modo cum dactylis trochaei, velut N 457:

λῆμα μὲν πάρεστι τῷδέ γ' οὐκ ἄτολμον ἀλλ' ἕτοιμον· ἴσθι δ' ὡς  
ταῦτα μαθὼν παρ' ἐμοῦ κλέος οὐρανόμηκες  
ἐν βροτοῖσιν ἕξεις.

v. 461 trochaeus cum anacrusi ⏑ — ⏑ — ⏑ dactylo-epitritis antecedit:

τί πείσομαι; — τὸν πάντα χρόνον μετ' ἐμοῦ κτλ.

idem membrum dactylis antecedit E. v. 1168

τάχα γὰρ ἔπεισι λεπαδο- κτλ.

## De anapaestis.

Et hi numeri parodiam indicare solent atque aptissimi sunt ad lamentationes tragicas exprimendas, velut L 954, ubi Cinesias repulsus queritur οἴμοι τί πάθω; itaque in monodiis, quibus lamentationes tragicae contineri solent, saepius inveniuntur, velut T 1065, ubi Mnesilochus vinctus Andromedam Euripideam exprimit conquerens; similiter 776, ubi Palamedem Euripideum imitatur; N 712 sqq., ubi Strepsiades a cimicibus vexatus sortem suam queritur

v. 718 φροῦδα τὰ χρήματα φρούδη χροιὰ φρούδη ψυχή κτλ.,

---

[1]) Huius versus finis speciem praebet duorum ionicorum, quorum prior trochaeus est ambabus thesibus suppressis.

quales querelae exstant Eur. Hec. v. 162 φροῦδος πρεσβὺς φροῦδοι παῖδες. V 750 Philocleo a filio impeditus, ne in iudicia exiret, lamentatur atque quae ille monet repudiat

μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ.
κείνων ἔραμαι κεῖθι γενοίμαν κτλ.

V 323 Philocleo a filio domi retentus summa cum severitate Iovis aut auxilium aut fulmen implorat:

v. 323 ἀλλ' ὦ Ζεῦ μέγα βρόντα[1])
ἤ με ποίησον καπνὸν ἐξαίφνης κτλ.
v. 326 τόλμησον ἄναξ χαρίσασθαί μοι
πάθος οἰκτείρας·
ἤ με κεραυνῷ διατινθαλέῳ
σπόδισον ταχέως κτλ.

antecedunt duo ionici a minore, quorum prior molossi speciem praebet.

Anapaesti, quia natura graviter et solemniter sonant, optime ad prosodia conveniunt, velut R 372, ubi chorus procedens Proserpinam laudat

v. 377 ἀλλ' ἔμβα χὤπως ἀρεῖς
τὴν Σώτειραν γενναίως
τῇ φωνῇ μολμάζων κτλ.,

thesibus autem longis solemnitas augetur. — anapaesti adhibentur in imprecatione deorum P 974 T 39. conveniunt etiam ad Av 1058, ubi aves potestatem suam laudant

ἤδη 'μοὶ τῷ παντόπτᾳ
καὶ παντάρχᾳ θνητοὶ πάντες
θύσουσ' κτλ.

arsibus solutis indignatio senum et pertinacia mulierum depingitur L. v. 482

ἐφ' ὅ τι τε μεγαλόπετρον ἄβατον ἀκρόπολιν κτλ.
= v. 546 ἔνι θράσος ἔνι δὲ τὸ σοφὸν ἔνι φιλόπολις κτλ.

similiter Av 327, ubi arsibus solutis timor et trepidatio avium, quae ab upupa proditas se esse putant, depingitur: προδεδόμεθ' ἀνόσιά τ' ἐπάθομεν κτλ. (cf. pg. 18), deinde ubi de antiquis avium legibus neglectis atque poena upupae

---

1) **Nam sic traditum est.**

danda monetur, arses et theses longae severitatem prae se ferunt:

v. 331 sq. παρέβη μὲν θεσμοὺς ἀρχαίους
παρέβη δ' ὅρκους ὀρνίθων.

theses longae ad summas vires intentas depingendas adhibitae sunt P 459 = 86, ubi Pax e carcere liberatur:

v. 463 ἀλλ' οὐχ ἕλκουσ' ἄνδρες ὁμοίως.
οὐ ξυλλήψεσθ'; οἷ' ὀγκύλλεσθ'.
οἰμώξεσθ' οἱ Βοιωτοί.
v. 470 οὔκουν ἕλκω κἀξαρτῶμαι
κἀπεμπίπτω καὶ σπουδάζω;

Denique notandum est anapaestos in priorum fabularum non nisi monodiis exstare, frequentissime occurrere in posterioribus, praesertim cum monodia magis magisque increbrescat. in Acharnensibus omnino non reperiuntur anapaesti. in ipsam parodum iam invaserunt Avium (327 = 43), cuius fabulae in parabasi secundaria quoque inveniuntur (1058 = 88). in agone inveniuntur Lysistratae (476 = 541).

## De numeris mixtis.

Reliquum est, ut ea carmina percurramus, quae numeros mixtos i. e. e diversis generibus metricis sumptos exhibent.

R. v. 218 sqq. inter iambos, qui cum alias tum primam syllabam saepe suppressam habent[1]), hi inveniuntur versus:

ἡνίχ' ὁ κραιπαλόκωμος
τοῖς ἱεροῖσι χυτροῖσι
χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος.

3d 3d 3d (cum anacrusi) + e (catalecticus); sunt igitur dactylo-epitriti. — T. v. 1043 sqq. versus sex et viginti iambicos multis brevibus suppressis sequuntur trochaei

ὅς ἔμ' ἀπεξύρησε πρῶτον,
ὅς ἐμὲ κροκόεν τόδ' ἐνέδυσεν

---

[1]) Namque etiam βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοὰξ illud tetrametrum iambicum suppressa prima efficit.

ἐπὶ δὲ τοῖσδ' ἐς τόδ' ἀνέπεμψεν
ἱερόν, ἔνθα γυναῖκες,[1])

deinde 3 iambi ἰὼ μοίρας ἄτεγκτε δαῖμον,
postremo dactyloepitriti: 3d· + 5e.

ὦ κατάρατος ἐγώ· τίς ἐμὸν οὐκ ἐπόψεται
πάθος ἀμέγαρτον ἐπὶ κακῶν παρουσίᾳ;

et anapaesti 4·4 cum clausula (bis – ◡ ◡ – ◡ – et ithyph.)

εἴθε με πυρφόρος αἰθέρος ἀστὴρ
τὸν βάρβαρον ἐξολέσειεν.
οὐ γὰρ ἔτ' ἀθανάταν Φλόγα λεύσσειν
ἐστὶν ἐμοὶ φίλον, ὡς ἐκρεμάσθην
λαιμοτόμητ' ἄχη, δαιμόνι' αἰόλαν
νέκυσιν ἐπὶ πορείαν.

Glyconei cum dactylis T 1136 (v. pg. 34 sq.) N 563 (v. pg. 32 sq.), cum anapaestis V 317 (v. pg. 49) coniunguntur.

Cretici cum anapaestis, quod in posterioribus potissimum fabulis occurrit, coniunguntur Av 1058.

v. 1058 ἤδη 'μοὶ τῷ παντόπτᾳ
καὶ παντάρχᾳ θνητοὶ πάντες
θύσουσ' κτλ.
v. 1065 ἐκ κάλυκος αὐξανόμενον γένυσι παμφάγοις,
δένδρεσί τ' ἐφημένα καρπὸν ἀποβόσκεται
v. 1067 κτείνω δ' οἳ κήπους εὐώδεῖς
φθείρουσιν κτλ.

similiter Av 327 (v. pg. 49 et 44 ) et L 476

ὦ Ζεῦ τί ποτε χρησόμεθα τοῖσδε τοῖς κνωδάλοις;
οὐ γὰρ ἔτ' ἀνεκτέα τάδ', ἀλλὰ βασανιστέον
τόδε σοι τὸ πάθος μετ' ἐμοῦ κτλ.

duo anapaesti trochaeis antecedunt R 895

καὶ μὴν ἡμεῖς ἐπιθυμοῦμεν
παρὰ σοφοῖν ἀνδροῖν ἀκοῦσαι κτλ.

dactyli inter creticos inveniuntur Eq 322, ubi 8 creticos sequuntur 2 tetrametri trochaici, deinde

[1]) Quae memorabilis ithyphallici forma est; cf. pg. 40 adn. 2, quae ad V. v. 407 dixi.

v. 328 ἀλλ' ἐφάνη γὰρ ἀνὴρ ἕτερος πολὺ
σοῦ μιαρώτερος ὥστε με χαίρειν,

deinde intermisso tetrametro trochaico

v. 405 (in antistr.) ᾄσαιμι γὰρ τότ' ἂν μόνον·
πῖνε πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς,

qui sunt 4 iambi, quorum extremus primam syllabam solutam praebet, quod in proverbio excusatur.

Diversissimos numeros uno carmine poeta inclusit Av 227, quod avibus diversissimis convocandis consentaneum est. 2 3 3 3 iambos sequuntur ionici

v. 231 νέμεσθε φῦλα μυρία κριθοτράγων σπερμολόγων
τε γένη ταχὺ πετόμενα, μαλθακὴν ἱέντα γῆρυν.
⏑–⏑– ⏑–⏑⏑ –⏑⏑– –⏑⏑– ⏑⏑–⏑⏑
⏑⏑⏑⏑– ⏑–⏑– ⏑–⏑

deinde dochmius 3 trochaei dochmius

v. 234 ὅσα τ' ἐν ἄλοκι θαμὰ
βῶλον ἀμφιτιττυβίζεθ ὧδε λεπτὸν
ἡδομένᾳ φωνᾷ.

deinde ionici, quorum tres in initio positi integri sunt ionici a minore, reliqui trochaici, quorum ultimus catalecticus est

v. 238 ὅσα θ' ὑμῶν κατὰ κήπους ἐπὶ κισσοῦ
κλάδεσι νομὸν ἔχει, τά τε κατ' ὄρεα τά τε κοτι-
νοτράγα τά τε κομαροφάγα (syll. anc. et hiat.);

subiunguntur 3 · iambi

v. 242 ἀνύσατε πετόμενα πρὸς ἐμὰν ἀοιδάν.

sequuntur cretici inde a v. 244

οἵ θ' ἑλείας παρ' αὐλῶνας ὀξυστόμους κτλ.

dactyli inde a v. 250

ὧν τ' ἐπὶ πόντιον οἶδμα θαλάσσης κτλ.,

quorum finem faciunt 2 trochaei, de quibus dixi pg. 41

v. 253 πάντα γὰρ ἐνθάδε φῦλ' ἀθροίζομεν οἰωνῶν ταναο-
δείρων.

finem totius carminis faciunt 2 3 anapaesti et 4 trochaei:

v. 255 ἥκει γάρ τις δριμὺς πρέσβυς
καινὸς γνώμην καινῶν τ' ἔργων ἐγχειρητής.
ἀλλ' ἴτ' ἐς λόγους ἅπαντα δεῦρο δεῦρο δεῦρο δεῦρο.

In universum autem de Aristophanis re metrica dicendum est magna simplicitate, paullo maiore libertate poetam in posterioribus fabulis usum esse. et hac quoque re comoediam a dithyrambo plane distare cognoscas.

Sed iam summam faciamus. vidimus igitur primum ea carmina quae lacunam explent aut rem inanem quasi comitantur in posterioribus fabulis rarius inveniri i. e. ipsum chorum ad rem agendam iam non multum valere. immo vero impedire paene actionem videtur T 706, ubi cum Mnesilocho, R 430, ubi cum Baccho agit. In Ranis autem omnia paene chori carmina non nisi disponendis fabulae partibus inserviunt. contra carmen sacrale, quod ad rem agendam nihil pertinet, magis magisque pollet (T 312 352 949 1136 R in parodo). etiam parachoregema, quod V 299 primum et caute adhibitum est, in posterioribus fabulis saepius invenitur (L 1247 sqq. chori Lacedaemoniorum et Atheniensium, T 101 sqq. chorus Agathonis, R 209 sqq. Ranae); confiteri quodammodo poeta chorum suis consiliis non iam sufficere videtur.

Deinde amoebaea posterioribus in fabulis rarius inveniuntur. et haec chori quaedam deminutio est, quia eo magis a re agenda abalienatur atque ita, ut prorsus denique evanescat. contra monodia magis magisque pollet. saepissime invenitur in T R (ubi Aeschylus et Euripides carmina sua invicem perstringunt). nec omittendum est in E, paenultima fabula, paraclausithyra illa posita esse et magnum per spatium extendi.

Carminis ἐξ ὁμοίων forma, quae proprie est carminibus sacralibus, iis potissimum, quae Bacchi in honorem cani solebant (cf. R parodum), et in carminibus popularibus reperitur, antiquissima est; atque in antiqua eam comoedia admodum frequentem fuisse iudicandum est. occurrit enim et in A et in Eq bis (A 836 939 Eq 973 1111); in N V L non exstat, semel in P (1329) et in Av (1731), sed haec carmina popularia sunt. in carminibus sacralibus adhibita est R in parodo, T 959. praeterea bis in R recurrit, sed quoniam iambis aut glyconeis locis illis Acharnensium et Equitum usus est poeta,

his locis maiore cum licentia dactylos (814) et trochaeos (534 = 90) carmine ἐξ ὁμοίων includit.

Carmina liberiore ratione composita cum aliis locis tum in parabasi inveniuntur, ubi poeta, cum summa libertate uteretur, liberas quoque formas adhibuit. praeterea liberiore componendi ratione poeta in monodiis usus est, quod ad naturam horum carminum, quibus vehemens animi motio exprimi solet, et ad tragoediam imitandam aptissimum erat. Av 227 avibus diversissimis undique convocandis liberae carminis formae optime conveniunt.

Numeri primae quidem fabulae perpauci ac simplicissimi sunt. nam cretici et iambi soli paene necdum trochaei in A inveniuntur. minus frequentes cretici in Eq sunt, deinde valde rarescunt; in L de industria repetuntur, sed liberiore modo compositi; accedunt enim trochaei et anapaesti. dediscit igitur, ut ita dicam, hos numeros poeta. sed novos addiscit: glyconeos atque eos liberiore modo compositos, velut T 1136, dactylos et dactylo-epitritos, eos numeros qui in monodiis adhiberi solent, velut anapaesti.

Quo magis igitur numeri excoluntur et monodiae crebrescunt, eo liberiores componendi formae a poeta adhibentur. fastigium suum musica ascendit in T et R, deinde cito relabitur. sed etiam chorus plane evanescit, quippe ad rem agendam non iam necessarius; nec diu comoedia quicquam quod nullius iam momenti esset inutilem tamquam molem servavit.

Antiquiorem autem stilum poetae e duabus fabulis A et L cognoscas. contra N haud raro posteriorum fabularum exemplum sequuntur, quia iterum atque iterum haec fabula pertractabatur. Nam maxime eam curae atque cordi fuisse poetae novimus. Et profecto quis est, quin doleat id quod ipse edidit, ad quod summum studium atque laborem contulit, iudici displicere, quin maximam operam det, ut corrigat ac melius reddat si quid minus probatum sit!

Huic vero libello perbene contigit, quod Georgio Kaibelio auctore et duce utebatur, cui summas gratias et nunc et semper ago atque referam.

---

# VITA.

Hermann Steurer Francisci filius natus est ad fontes Danubinos in oppido, cui nomen est Donaueschingen, a. d. X. Kal. Decembres anni p. Chr. n. MDCCCLXXIII; mater eius Maria erat, e gente Bell. idem Lupoduni in oppido antiquissimo Palatino, quo familia demigraverat, nonum annum agens in scholam quae dicitur 'Höhere Bürgerschule', cui ipse pater praeerat, receptus est. deinde in gymnasiis Karlsruhensi et Friburgensi per plus sex annos versatus omnibus bonis litteris cum ab aliis praeceptoribus egregiis tum a Bendero, viro doctissimo atque illustrissimo, qui moderator etiamnunc praeest gymnasio Friburgensi, instructus est. e ludo et pueritiae disciplinis mense Iulio anni p. Chr. n. MDCCCXCII dimissus primum Friburgi deinde Berolini studiis philologis et historicis per singulos annos incubuit audivitque Schmidtium Henseum philologos Fabricium historicum Studniczkam archaeologum Friburgenses, Dielesium Vahlenum Kirchhoffium philologos Hirschfeldium historicum Curtium Kékuleium archaeologos Georgium de Gizycki philosophum Berolinenses. seminarii philologi et historici Friburgensis bis sex menses sodalis fuit et benigne Berolini ut per totidem tempus exercitationibus philologis interesset Dielesius, historicis Koehlerus ei concesserunt. deinde sex menses et annum scholam Argentoratensem frequentavit audivitque Kaibelium Reitzensteinium philologos Neumannium Bresslavium historicos Zieglerum Windelbandium philosophos. per totum autem hoc tempus sodalis fuit seminarii philologi et exercitationibus historicis a Neumannio habitis bis sex menses interfuit; praeterea in seminarium philosophum receptus est.

---

